



**Exactissimi discursus de rebus Gallicis, anno 1588 editi
continuatio, hoc anno Gallice conscripta, nunc primum latine
reddita : qua de totius Europae praesente statu accurate
dissertitur, & reges ac principes orbis ad vivum depinguntur.**

<https://hdl.handle.net/1874/388971>

4
EXACTISSIMI
DISCVRSVS

DE REBVS GALLICIS,
Anno 1588. editi,

CONTINVATIO,
HOC ANNO GALLICE CON-
scripta, nunc primùm La-
tinè reddita:

Qua

DE TOTIVS EVROPAE
praesente statu accuratè
differitur,

&

REGES AC PRINCIPES
Orbis ad viuum depinguntur.

EX

Speculâ Halcyoniâ.

ANNO CL. IO. XCII.

EXACTISSIMI

DISCOVERAS

DE REBUS GALICIS

anno 1788 edit.

CONTINUATIO

SECUNDO ANNO GALICIS

scripturae principum

et redder.

Qua

DE TOTIS REBUS

principum et redder.

scripturae

et

REBUS AC PRINCIPES


Orbis ad videri de principum

et


scripturae Principum

Anno c. l. xlii.

3



DISCVRSVS DE
REBVS GALLICIS
CONTINVATIO.



MEMINI me, Iuste, tibi aliquã-
do mittere Gallie nostre *σκια*
γραφία, eiusq; vultus adum-
brata lineamenta, qualẽ pau-
lo ante proximi regis obitum præ se fer-
ret. Opus sanè & otio abundantis, & pro-
cul à publicis malis & calamitatibus po-
siti. Meũ quidem studium, quãtum eniti
& contendere potui, fuit, tibi omnes ei
rugas, vulnera, cicatrices, & vibices, hoc
toto flagrante bello acceptas, ad viũum
effingere. In summa, mihi in meo opere
ad blanditus sum, nimis audax, nimis so-
lers. Depinxi insuper *ὑπελαΐκη*, nec an-
te audita mala, quæ tantũ aut cõiectu-
ra nossem, aut diuinans exararem. *Μαύτης*
sanè parētis meæ *δυσυχῶν δυσυχῆς*. Sex-
centies me facti & conatus mei pœnituit,
cum cœpisset tempus illos recessus *καὶ ἀ-*

πρήματα in lucem proferre. Nunc verò, si
 tuorum Belgarum *πλυπραγμοσύνη* ani-
 mo succurrat, amicorum viuos & adhuc
 spirantes vultus, inter stratū & sandapilā,
 singultientes, effigiantium, hoc in nume-
 ro me, iuste, ponito. Ego moribūdæ Gal-
 liæ tabellam, non minus lætaliter quàm
 olim, decumbentis, adumbratam cupio,
 si possum, posteritati tradere. Exorietur
 fortè, qui centones istos consutos in au-
 læum historiæ sui temporis compingat.
 Hoc igitur meum opusculum (vt prius
 illud, quod à nobis exijt, rogatu meo fe-
 cisti) aut in Musæo tuo sepone, aut, si ita
 videtur, intimis tuis imperti. Equidem
 mihi tibiq; scribo. Omnia ista Guisij cō-
 silia & ingentem illum ac planè purpura
 dignū ambitum, ipsi congenitum, non a-
 liter quàm vnà cum eo intermori posse,
 cuius obuium ad iudicandum fuit. Vbi
 tandem gētium & terrarum suas colum-
 nas terminosq; fixisset, indignis accepto
 modis rege, & ex regni metropoli turpi-
 ter exacto, profligatoq; ? Nec sanè ab eo
 tempore fuit nemo, qui non obijceret in
 istius Rubiconis transitu aut plura, aut
 sextè

certe non tam multa factio opus fuisse, ita
 offensis Gallorum, in primis verò nobi-
 lium animis hoc regis sui dedecore, vt pa-
 rum abfuerit, quin male tensum hoc π-
 ερόλαιον, tanquam spongia palimpsesto,
 sic coloribus ijs omnibus, quibus elima-
 tus ille spiritus vitæ suæ tabellam hæc-
 tus laruare studuerat, vnam lituram in-
 duceret. Vtut sit, ariolati multi sunt αἱ
 χρηματισμοῖς, aut Duci à Rege, aut Regi à
 Duce perniciem imminere. Tantum e-
 nim vulnus restitutum iri, rursusque coi-
 turum, nullas spes, nulla rerum externa fa-
 cies spondebat.

Insanis igitur quibusdam substructio-
 nibus, (quas Barricadas vocabant) res
 transacta, reuera ἐμποδισμοῖς, qui pò-
 stremo velut obice iniecto magno Du-
 ci aditus obstruxerunt. Ab illa fatali die
 Barricadarum quicquid molitus est, illud
 cum sine matura prouidentia cœptum,
 tum sine recto iudicio administratum,
 exitum tãdem habuit miserabilem. Post
 egregie sic initum opus, quum malis qui-
 busdam auibus & sinistro Hercule ad de-
 stringendum in dominum suum enses

instigatus, vaginam (quod aiunt) in profuētē abijcere debuisset, parū à pœnitentia facti abfuit, ratus, aliā se viā defunctum regem in nallas suas pertracturū. Væcors, dū aperto Marte summū suorum tentaminum fastigium attigisse videtur, ad inum repente relabitur. Requirit igitur denuò rancidam illam *πρόφασις* regiae auctoritatis & gratiæ, quò animos Fræcorum, quos à se alienatiores, suaq; illa audacia offensiores putabat, reconciliaret.

Enimuerò (vt dementat Deus homines) credidit offensum principem reconciliari, rationēq; inueniri posse, qua Monarchæ diadematis simul & regni renuntiatio persuadeatur: sin minus, populorū saltē credulitati hæc imaginaria persuasio obtrudatur, ne cui nouum & insolens foret, si illum deinceps volentem & consentientem in monasterium cōcluderet. Rex vice versa penitus & tenaciter consilium arripit, firmumq; propositum iniuriæ vlciscendæ. Ac sanè verè regia illa, quæ consecuta est, Adrastea, rei plā patefecit, quam semper soleat Deus hominum, adeoq;

adeoq; magnatum consilijs illudendo, ea in cōtrarium planè finem præter omnem expectationem conuertere. Festinat gnomon debilibus fretus libramentis ad horam & momēta sua, quæ, si digito mouere horologij magistro visum est, in alteram circuli extremitatem inclinantur. Ita est de hominibus. Cogitat rex de conuocandis regni Ordinibus, plus satis se penes illos tū fidei tum auctoritatis nactum esse ratus ad Guisij condemnationem. Hic dementior se mirificè & expectere & expectare nō obscure innuit, ratus apud delegatos Ordines sibi satis & gratiæ & presidij paratū esse ad sceptrum Regi de manibus extorquendum. Hic quidē delusus, ille ferè spe excidit. Alter quidem vix transuersum (quod aiunt) digitū eos laqueos declinare potuit, quos hosti intenderat: hosti (inquā) quem vnus dieculæ spatio anteuertit. Deniq; donec est patefacta Dei de vtroq; voluntas, ne hoc quidem momento potuisset alter ipsorum prædicere, vter prius fusum absolueret.

Hac concussa, versaq; ingenti arbore, qui in eius vmbra delitescēbant, ad tēpus

occultari non potuere: & vt verum dicā,
 quod & à me dictum aliās, vnus ille fuit
 instar omnium coniuuratorum: vnus ma-
 iores amplitudinis gradus, quàm coniu-
 rati simul oēs, obtinebat. Quòd si ratum
 regi fuisset, non dimidiatū, (vti solebat)
 sed integrū opus perficere, si expedito ne-
 gotio altera post hora, equo cōscenso, sua
 tum præsentiā, tū vires coniuatarū vr-
 biū terrori hoc Heroico facinore penè cō-
 sternatarū, superiniecisset, probabile est,
 illum tantum infortunium, in quod po-
 stea incidit, euasurum fuisse. At quemad-
 modum alterius cōsilia Deus irrisit, vi-
 cissim quoq; alterius irrita remedia elu-
 sit. Princeps, qui alioqui tum animi tum
 cōsiliij in reliquis compos, vix extinctum
 perduellem vidit, vt simul cum illo reli-
 quorum perduellium numerum periisse
 consideret. Certumq; est inter familiares
 ab illo auditam hanc uocem fuisse, HO-
 DIE SVM REX. Contrā autem ab il-
 lo die rex esse desijt. Hac fiducia fretus ita
 negligēter rem gessit, vt Aureliā eodem
 tempore amitteret, quam urbem vel solo
 nutu indicioque seruare poterat: Duci
 Mz.

DE REB. GALLICIS. 9

Manio tum reditum; tum copiarum & virium redintegrationem permittit: eos ridet, qui consilium darent, exercitum, quem in Pictonib. habebat, cōfestim euocandi: indignatur alijs, qui vt eodem tempore eius opera, qui nunc regnat, & copijs Hugonoticis vti vellet, suadebant: tandem ea sic neglexit omnia, ad quæ tamen sequentis mensis necessitas adigit, vt intra sesquimestre spatium se in regnū, quod Turonibus, Blætio, Baugentio circumscribitur, redactum videret.

Non absimili quidem προφάσει ab ea, quam olim Antonius & Augustus I. Cæsaris Dictatoris neci ad euertēdam remp. Rom. obtenderūt: quorum alter ante id facinus tam paruo in honore fuit, vt religio esset tyrannicidis illum cum Cæsare interficere, alter ipsius ex sorore nepos vix ex ephebis excesserat, tantum abest vt ijs viribus diffideretur, quas postea in collegæ sui, & inimicorum perniciem, libertatisq; reip. deminutionem collegit. Ita Dux Menius, & tota illa Lotharingica familia, quam ne idoneam quidem credidisses ad vnus viculi vel oppiduli expu-

gnationem, plebeculam hoc facto (quam fratrum natu maximus iam pridem ad seditionem instruxerat) ita ad tumultum compositam, ita ad ἀπειθείαν natam nati sunt, ex eoque numero tenuissimos quosq; qui in tumultu solent esse antesignani, sic sapientissimorum & locupletissimorum quorumq; prædæ inhiantes, ut dicto citius ad hanc regis oscitantiam, cuncta rebellaret Gallia. Hoc scilicet tulit operæ suæ pretiū ex opere dimidiato: culpa sanè paucis principibus euitata. Sic eertatim commota in eum Gallia pene tota, in tanta consilij inopia, rerumq; instabilitate, desideratis alijs omnib; medijs, R. Nauarraum fratrem, hodie imperatorem, ad se tandem euocare coactus est. Sed ita serò, ut improborum arctissimè coniunctis opibus viribusq;, eos nisi aperta iam vi frangendi facultas nulla superesset. Dabo tamen operam, hoc veluti nostræ historiæ δαίμων proponens, nepotibus nostris vt ostendam, quid in tanto casu notabilius acciderit, atq; illustrius. Nemo vnquam limpidiorem luxisse solem credidit, quàm quo die lucentem videt.

DE REB. GALLICIS. 11

det. Mundanos casus & *ἀποτυχίματα* omnia in nos transferimus, & quicquid prioribus factum est seculis, ad nostra tantum tempora putamus pertinere: quasi nunc demum sapiens, sagax, prudus, admirandus, suæ denique gloriæ æmulus Deus esse cœperit. Error. Hoc tamen plebeio motus errore adduci non possum, quin credam infinitam illam, incomprehensibilem & inimitabilem *ἄσπετος ἄσπαστος*, mentem illam æternum agentem, & ea quidem duntaxat agitatem, quæ ipsius gloriæ inseruiūt, earum virtutum notas hoc nostro sæculo quam unquam antea, expressiores ostendere voluisse. Dum ultionum Deum sese nuncupat, negat certe ad alium quempiam vindictam pertinere. O notas! o insignia Deitatis! Quotus quisque reperitur, qui iustiore examine nouerit merita quæque mercede siue pœnæ siue præmij compensare? Quis ab illo secundus poterit tū patiētiam habenas laxare, tū adducta catena compedes ferreos constringere? Nos homunculi, pecuniæ nostræ usuram metimur ex mutationis tēpore, ille iustorum suppliciorum suorum tarditate gra-
uita

uitatem compensat. Præclare cum illis agitur, in quibus statim culpam poena sequitur. Sed qui tarda & sine senio confusentia ridet nomina, ante supremum vitæ suæ diem sentit se in magno nexu.

Triginta abhinc annis iam præfage Gallia Guisianam in domum declamabat, atq; adeo antè, quàm insedisset Gallicis animis vlla rebellionis suspicio:

*Hoc velut ex tripode est auditum Regi
ab ore*

*Defuncti verbum, quondam sua pignora
ra chara.*

*Expoliaturos Guisios, nudumq; popellam,
Quampridem id à pueris decantatur: Cui
non audita illa Mesnilauberiensis pro-
mantica vox typis excusa anno 1560.*

*Stringentur caligæ Francis thoracibus
olim*

*Quando Lothringenses, stringentibus bene
malè vinclis!*

Cui non auditi commentarij, qui intercepti fuerunt rabulæ illi Davidi capto anno 1577: Cui non auditum aliquando, genus ducere Lotharingicâ illam gētem inde à Carolo magno, qui moliebatur,

— *Antiquum exscindere regnum.*

Et magno gentē deductam rege Capeto?

Tricesimus plus minus annus est, ex quo hac voce Gallia personat. Is tamen fuit illorum Genius, ut nec regi, nec populo id ad finem usque potuerit persuaderi. Contra nihil istis regijs Gnathonibus fidelius, quin albam crucem præferret, Lilio certe (si Deo placet) Borbonio fideliorem. Quo tempore interfectus est Princeps Condauus, O Rex, (inquit Cardinalis Lotharingus, Carolum IX. alloquens) feliciter hoc mane viuas & valeas: bonam enim casochymi tui sanguinis partem hodie amisisti. Erga regiam maiestatem obsequium, fidem perpetuò domi suæ occinebant. Hæc illorum tessera fuit, *Deus vnus, vna fides, vna lex.* Nihil quàm maledicta in facinorosos hæreticos iactabantur, à quibus vestigalia regia compilarentur, qui rebelarent, qui arma parricidialia contra patris patriæ maiestate ferrent. In summa, tertio quoque verbo, aut Regis aut obsequij erga Regem metio erat. Adde quòd ipsorum familiæ fauens fortuna mortes ipsorum non minus quàm vitas popula-

res redderet. Hic ad Aureliam, ille ante
 Rupellam præclaram mortē oppetebat
 alius in fortuito occurſu aut inſultu oc-
 cumbebat, alius in acie cadebat, alius in
 præſidijs obſeſſus. Hæc verò omnia ſole
 regem promerendi ſtudio fiebant: quod
 pulcrè docuit euentus. In hac interim di-
 ſceptatione artiſicioſè potuerunt à plu-
 rimis, qui luminib. ipſorum officerēt, ſe
 ſe expedire, nec cunctanter odium multi-
 tudinis, & criminis labem, quo flagrabāt
 ipſi, innoxijs, ac nihil tale cogitātibus a-
 ſpergere. Hypocrite, ita Deo illudere in a-
 nimum induxeratis. Nunc pœnā talio-
 nis animaduertite. In Evangelicos *καὶ ἐλπί-
 ας*
 aliquā & anſam præſumpſiſtis, quòd im-
 manitate veſtra ac nefaria vi coacti arma
 cepiſſent, & ciuilib. bellis Galliam inflā-
 maſſent. Hoc certè ſpecioſæ prolepticoſ
 & prætextus vobis in illos fuit. Nullum e-
 nim violentiæ, nullum crudelitatis, nullū
 lum tyrannidis genus, nulla tam ſpecioſa
πρόφασις aut ratio poteſt ſubditum con-
 tra principem arma occupantem à per-
 duellionis reatu abſoluere. Ac ſanè licet
 nullis quidem in prælijs de regū ſuorum
 impe-

imperio & maiestate ab illis fuerit controuersum, licet animi submissione, obseruantia, facilitate satis superq; omnem scelerati animi & peruersi consilij suspicionem eluerent, eoq; necessitatis durissima lege magis quam voluntate & consilio tractos se multis argumentis probarent, nunquam tamen illis conatibus, illis armis diuina fauit clementia. Ab hominum & fortunæ inclementia cæsi, fusi, profligati semper cesserunt, nisi si hanc catastrophem vltimi actus exceperis, quo illorum defensionis æquitatē vestræ coniurationis temeritas comprobauit, quo (inquam) de imperio lis & controuersia ei quæ de religione prætexebatur, annexa, arma quidem eo respectu, in primi omnium à regio sanguine principis, & regni magistratus manibus auctorauit. Principia igitur ipsa videamus, & illorū historia cum vestra, quid simile habeat, attendamus. Coloris nonnihil illorum commotio habuit. vstulabantur, proscribebantur, eijciebantur. quid autē vos? Primum (quæso) caput vestri illius fœderis anno 1577. & 1585. publicati producite. quid simile.

mile? Agnouerunt illi constâtissimè suū
 regem, nunquam illi litem intenderunt,
 nunquam illum sunt aggressi. De vobis
 idem affirmate. Nec verò nos inquietis,
 Dux enim Guisius die illo Barricadarū er-
 rauit in persona. Regē enim ferè infcius,
 atque aliud agens occupauit, cui minimè
 tamen infensus erat. Illud verò facinus,
 cui non solùm interfuit, sed præfuit Mæ-
 nius, verbi gratia de processu criminali in
 regē, de sacris ipsius insignibus per com-
 pita raptatis, ductisq; in triumphum, de
 nefaria tandem ipsius cæde, prætermitta-
 mus. Iusta suasit ira, iustus dolor. Hoc no-
 mine iure vestro excidatis? Nequaquam.
 Ex Regijs enim satellitib. & ministris, nūc
 Coronæ & regni Satrapæ, Legatiq; facti
 estis. Nonne perinde est? Hypocritæ, nisi
 verum impudenter negare visum est, ha-
 bēt Hugonotti quo iure vobiscū talio-
 nis agant. Illorū puta plagiatorū manes,
 qui Meldis & Ambosix summouisse & in
 suas partes rapuisse regem dicebātur, au-
 dita cæde quā in proprio Rege patraſtis,
 passim signa gaudij apud inferos extule-
 runt. Ita solet Deus laruas detrahere, ita
 pec-

peccatorum pudenda retegere. Quumq; tolerabilibus illorum armis non fuerit propitius & fauens, quos tamē in gremio & sinu gestabat, pœnam tamē (mihi credite) vt iam cœpistis, detestabilium vestrorum scelerum, seditionū ac perduellionum sentietis.

Quid tandem, vt ad alia transeam, accidit? Ita Deo visum est, vt qui alios læsæ maiestatis reos fecissent, ipsi damnarētur: vt qui falsò Regi obsequiosos seruos iactarēt, eius cæde & sanguine dextrā cruētarent: qui tantum obedientiā, obsequiū sonabant, tantum tumultus & seditionis aduersarios insimulabant, ipsi publicatæ comprobataq; rebellionis probrum in sua capita accerserēt, ipsi palàm & publice defenderent, concluderent, approbarent, sancirent, licere Gallis à fidei & feudi sacramēto, quo Regi iure diuino & humano obstringūtur, esse liberis ac immunibus: vt, quorum sentētia damnata sunt læsæ maiestatis Euangelicorū arma pro conscientia libertate suscepta, illi vel sanctissimos heremitas, sacratissimos capu-fianos, & abstrusissimos monachos ar-

marint, & primos auctores esse populo,
 ac signa rebellionis præferre cõpulerint
 vt, qui defenderent esse quiduis à princi-
 pe quàm libet ethnico perferendum, qui
 euincerent vnã religionis causã non
 esse idoneã & sufficientem ad subditos
 à debita Principi obedientia liberandos,
 qui eò etiã referrent commemorabilia
 multa & verissimã tot veterum Christia-
 norũ sub ethnicis Imperatoribus exẽpla,
 ipsiusq; ad eò D. N. I. Christi, qui Cæsari
 qd' Cæsaris esset, reddere non dubitauit,
 qui regnũ suũ ex hoc mundo non esse cõ-
 stanter affirmauit, qui ab infideli magi-
 stratu non prouocauit, qui etiã Ange-
 licas legiones exautorauit, exarmauit, p-
 hibuit, ne vel tantillum obedientiam il-
 lam, in qua nasci voluit, turbarent, aut
 impedirent, effecit (inquã) Deus, vt
 illi ipsi manum agricolæ ad armã expe-
 ditã facerent, vt eius pedo hastile fer-
 rum præfigerent, vlnas lanceis, incudes
 & malleos ephippijs bellicis commuta-
 rent, & ex furiosa multitudine iustũ con-
 tra patriã, contra leges, contra summũ
 magistratum exercitum conflarent. *Qua
 finis*

fini? ne, videlicet aliquāto pōst tempore,
 præsumptiuus aliquis regni successor, in-
 certus hæres religionis catholicæ noua-
 tionem faceret, neve in posterum qui illā
 profiterentur, in persecutionē incurrerent.
 Quid amplius? concludam? nō ita faxo.
 at Deus ille Deus, ô hypocritæ, scelerum
 iustissimus ultor ipsos tot cædium vnā cū
 maioribus suis artifices, arte sua quoque
 perire voluit: qui mille vulneribus vene-
 rabilem senem confossum viuum, loquē-
 tem, orantem, totum sanie & cruore con-
 spersum reliquissent, de fenestra præcipi-
 tassent, ipsosmet pectus vltori pugioni
 obijcere, ipsosmet eodem fato præcipita-
 ri dedit & permisit. Quid præterea? qui
 tot dissensionum inter nos faces accen-
 dissent, tot insontes cineres respersissent:
 vt ipsi illi forcipibus candentibus perusti,
 flammis extincti, in cineres cōuersi nihil
 de se post mortem, præter tragicam me-
 moriam, reliqui facerent, Deo visum est.

Alteram paginam verto, & iam Regi
 paulisper, cui seruo, assentari propositū
 est, non vt philosophus ille Alexandro post
 mortē Clyti, persuasurus omnia illi per

secundam fortunā licere: sed vt doceam
 quouis tempore (iam inde à puero) tan-
 tam ipsius curam numini fuisse, vt nullus
 vnquam Rex tam manifestis opem diui-
 nam indicijs senserit: concludat ipse.

Tricesimus contrà nunc annus excu-
 rit, ex quo bellorum omnium, dissidio-
 rû, motionum fontem tum reges nostri
 tû qui ipsis sunt à cõsilio, in Euangelicos
 deriuant. Quo iure, quâve iniuria non sta-
 tui cõtendere, veteris & auiti illius erro-
 ris pertinax, à Deo esse principis potesta-
 tem, eius iugum esse diuinum, quod qua-
 cunque excusatione, causa, specie, aut ra-
 tione cuiquam excutere, sit nefas. Sed il-
 lud extrâ controuersiam est positum, nũ-
 quam de maiestate regia, imperioq; ab E-
 uangelicis fuisse disceptatũ, semper pro-
 pensissimam voluntatem & obediẽtiam
 præstitisse, nunquam boni publici, nun-
 quam ad meliorem formam reuocanda
 reip. vt quarum rerum nulla ad ipsos cu-
 ra pertineret, mētionem *εὐδ' εἶ γε*, iniecit
 se, & si à partibus suis principes sanguinis
 regniq; primores haberent, quorum ma-
 gis, quàm Lotharingicæ domus intere-
 set

set. Saltem quamprimùm ipsorum conscientia tantilla ratio habita est, saga deposuerunt, exercitus dimiserunt, vrbes restituerunt, domos suas reuersi sunt securi, imò ad securim in aula iugulos suos ἀφελῶς obtruserunt.

Non tulit tandem Deus hanc ingenuitatem calumnię esse obnoxiam: quin imò contentus pœna ipsis inflicta ob armorum aduersus Vnctum suum quàmlibet iustam susceptionem, non tamē est passus illis iniuste inuistā rebellionis notam remanere; vtq; (si reges illos spectes) contra quos mouerant arma, non paucis argumentis præcox illud consilium Deus improbauerit, aliorum tamen habita ratione, qui Principum aures calumniarū facibus inflammabant, ipsi millies tamē sceleribus, ambitu, perduellionis reatu notabiliores, factum excusauit. Hoc priuatim dicere mihi liceat: quod & effecta manifestissima prodiderunt. Credo, Principis huius, qui cum illis erat, personam, ceu sacrum aliquod, ipsi speciali curæ fuisse, cuius procul dubio sibi manus ad diuinius aliquod opus tātum consecerat.

Post multa igitur vltro citroq; in felicissima Euangelicis bella, Rex defunctus tandem in regno suo pacem illis anno 1576. concessit, ijsq; conditionibus, quas seruauit immutabiles. Isq; dici potest postremus diuinæ visitationis & fauoris annus, quo illorum obtectis peccatis, aduersariorum scelera ex tenebris in lucē proferre voluit. Sequenti enim 1577. anno iacta sunt prima fœderis fundamēta, duce Guisio defuncto: quo quidem tempore ceperunt tum princeps ipse, tum optimi quiq; & fidissimi eius ministri huius generis artes & consilia toties per *Cassandras* Huguonotticas, quasi tubarum voce publicata, patefacta, detecta, nunquam ad hodiernum vsq; diem credita, subodorari. Perdurat pax aliquātisper nulla interruptione, præterquam quæ accidit anno 78. & 80. Sed stupeum incendium fuit tanta facilitate restinctum & sopitum, quanta fuerat accensum, cuius ad flammā manifestum fuit ægrè ac inuitos Euāgelicos commoueri, quorū etiam melior & potior pars duabus illis vicibus ab armis temperauit.

Pax tandem stabilitur, decernitur, passim integrâ seruatur anno 1581. iamq; ferè me erat nemo, qui ab illa societate sibi tu- ta omnia non sponderet: mox tamen eccæ aliunde minatur seditionis tempestas. Deo interim nondum satis erat factum, cui nihil *ἡμισέλευσος* relinquitur, eorū in- super approbari innocentiam volenti, si- cut & aliorum simulationē publicè dā- nare statuerat. In eūte igitur anno 85. mo- ræ impatientia Ducis Guisij animum in- uadit, cætera patientissimum, in regnan- di desiderio impotentissimi & impatien- tissimi spiritus. Non pacata, sed sopita ia- cebat Gallia: dicūt rei nautice periti sum- mam quandā *γαλλῶνων καὶ ντυερμῶων* pro- gnosticum esse breui futuræ ingentis tem- pestatis. Ad *ἁπείσιαν* vsque *εἰ μεγὰλη ἀρμονη- σεία* vivebant Evangelici. Veterani duces fementem & arationem faciebāt: Tyro- nes, quòd Gallicorum inceptorum illos tæderet, in Hispaniam nouas res molie- bantur. Pace ad auctoritatem regiam re- ductæ vrbes, nullos nisi regios magistra- tus habebant, & per lustrum vnum hæc mutatio intercidebat: Hoc ita nomina-

tim dirigente & decernēte diuina prouidentia, vt in tanta tempestatis serenitate perspicuū foret omnibus, vndēnam primus nimbus exoriretur.

Illicō media in serenitate & tranquillitate publica consurgit atra & horribilis toto Regno à domo Lotharingica coniuatio. Vt penitus essent ἀναπλόγητοι, non eò quapiam iniuria, non publica offensione impellebantur. Inter ea firmamenta, quibus illos causæ bonitate vincimus, inter præcipuos, quibus ipsorum causa laborat, nauos ac defectus, nō est postremus, quòd suæ μεμψιμοιρίας, & querelæ nullam idoneam rationem inuenire potuerunt. Veram si quæras, turpissima est. Nemo hostiliter infestabatur, nemo cremabatur: de exilio, de proscriptione nullum verbum. Atq; hoc illud est inter Dei opera, & Satanæ Dei simiæ debiles imitationes, discrimen. Quod ille exequitur, iustitia, fundamento, ratione nititur: quibus iste quidem vice versa in factis omnibus destituitur. Quis anno illo Lotharingos armauit? Ne ipsi quidem sciunt: atque hæc in prima reconciliatione pœna

non leuissima fuit, *μεγάλη* scilicet *Φαντασία*, & parturitio speciosa alicuius querelæ. Nondum enim in rationem ueniebat causa religionis: illa tantum persona, quod speciosior non occurreret, illis assumpta. Allegare parant regni instaurationem, quod postea ab illis factum: cui bonorū? A se ipsis illam ordiri debuerant, qui domi haberent omnium *κατασκευασίων* quandam epitomen, omnigenæ munerum & honorū uenalitatis exempla, dona immensa, iniustas bonorum proscriptiones, indignas Ecclesiasticorū beneficiorū collationes. Deniq; nullius mali, quod in regni corruptela iustam querelā habeat, non aliquis titulus & monimentum in illa familia extabat.

Nihilo secius, quo iure qua iniuria, qua vi, qua fraude, arma contra Regē rapiuntur, quorum vnā cum prætextu aciē & mucronē in hūc nostrum Regem conuertunt, tam insulse tamen, tam inartificiose, ac incautē, ut res iam non esset obscura, non quod Hugonottus esset, sed quod in Regem posset euadere. Adeo ut conatus iste primusq; impetus nō solum

luci exponeret τὸ κρυπτόν τῆς καρδίας Guisifianæ, verum etiam præterita omnia Hugonottorū ἀμαρτήματα absolueret, iniiceretq; omnium animis eam sententiã sapius iustam illis arripiedorum armorum, & rebus suis in tanta ἀπιστία mature consulendi, causam non defuisse.

Eodem tempore Deus, qui huius nostri Regis salutis singulari quadã cura perpetuò inuigilabat, mirificè illi ὡς ἀπὸ μηχανῆς sapiens consilium suggerens adfuit, quod quidem tanto verius diuinum esse agnosco, quanto video magis ab eo tum indolem eius abhorre, tum omniũ studia & voluntates, quos secum tum temporis habebat, dissensisse. Enimuerò si ad primam famã tumultus à Guisifianis excitati, ipse statim iuuenili quodã ardore & impetu ad arma prorupisset, quibus tamen quũ regis tum sui ipsius tutela propugnatioq;, satis idoneam πρόφασιν ansamq; præbebant, quis vel remotissimis Suediæ, Aegyptiq; regibus persuasisset, in hoc tumultu Regem Nauarræ cum Hugonottis bellorum ciuiliũ criminis per calumniam accusatos ab hac seditione

ne pueros esse? Quis in tam repentina armorum correptione distingueret, vtra partium contrariarum prior mouisset? Pia illæ, quas Regi faciebat, pollicitationes testatum orbi Christiano faciebant verum obsequij studium: patientia inter hostium arma nusquam abiecta: dolor ex afflictæ patrie miserijs conceptus: certum deniq; partium aduersariarum propositum ipsum adoriendi, solum, exarmatum, nudum, imparatû, vix à Rege digressum cû hac blanda salutatione, *Hem præsto sum, Here, morem vt tibi geram*, domû etiam eiusdem iussu inermem, data fide publica reuersum: hæc verò singula tantam candori innocentie & ipsius lucem attulerunt: illa contra perfidia tam Deo exosa & abominabilis hominibus fuit, vt hanc Gallicam fidem Europa decantaret vniuersa.

Quid tum accidit? Nihil Deus imperfectum reliquit. Suam gratiam aliquo cû refundit, effundit. Aliter se habent regulorum mundi munera: si opes conferût, non vnà tamen honores impartuntur: aut si vtrunq;, non tamẽ sanitatem & vi-

tam

tam largiuntur. Huic florente adhuc iuuenta Principi nato ad laborem, parentis morte ad sufferendam crucem præparato, senioris Thalassiarchæ Castillionæi progymnastico ludo ad belli munia instructo: multorum iactura præliorum, quibus iuuenis non solū adfuit, sed præfuit, exercitato ad varios fortunæ casus perferendos, nondum tamen periculorum & disciplinæ fuit satis. Præteritorū tantū spectator, nihil dū suo pte Marte hætenus designarat. Tandē in stadiū è carceribus à Deo euocatur. Nec verò cōremnendos illi antagonistas opponit. Commissum acribus colluctatorib. explorat: sic tamē labores & æumnas admetitur, vt quicquid bellorū primis annis gestum est, præludium tantū dices, quasi sensim & paulatim velitationum, ac leuiculorum præliorum foelici successu decoratum, nollet tamen ad maiora reseruatam, extremæ tunc fortunæ committere.

Ad hæc omnia, ecce, bellum illi indicitur, & quadriennij euentus hoc perfecit, vt in quem altera Christianismi pars
tota

tota coniurauerat, quem perditum omnes iudicabant, quem altera pars desperata salute & successu iam lugebat, & lachrymis prosequabatur, is non solum resistat, sed tanta quidem defensionis cum laude, vt in plurimis duellis palmam referat, 50. munitissima loca propugnet, ingentem aciem debellet, deniq; Ducis totius Europæ inuictissimi, fortissimiq; nomen reportet.

Coincidit Lotharingici morbi ingens illa *pestis* in Blæsiensis ordinibus, vbi certe illius patrociniū strenuè Deus suscipit. Homines ad ipsius cōdemnationem velut iam contestata lite conueniunt: ex omnibus Galliæ locis delecti, non Oratores & Legati ad Ordines cū schedis & diplomatis, sed accusatores criminalibus articulis in illum instructi, Iudex sedere Deus voluit: exorsus primū ab aliorū cōdemnatione, & supplicio, effectis ipsis secundū istius innocentiam pronuntiauit. Ipso igitur quiduis potius expectante, Rupellæ cū esset, partim cæso, partim fuso ingenti illo Germanorum exercitu, ope omni humana destitutus ad a-

molien-

moliendam ingentem tempestatem, quæ illi à Blæsiano Orione imminebat, vertit in illum oculos clemētissimus Deus, hostilia omnia consilia nec formidato, nec sperato, nec opinabili aut præuiso casu dissipat. Parua loquor. Vt numerum expleam, Rex qui nescio qua imbecillitate bellum inuitus illi inferret, maiore & vrgentiore quadã necessitate adductus in oculis Gallix vniuersæ, cū eo de pace agere, ad subsidiumq; aduocare cōpellitur: tātē scilicet Deo curæ fuit vel in minimis rebus huius principis desideria & conatus omnes luculentissimè secundare. Ita momento temporis, amant, qui oderāt: omnibus officijs prosequuntur, qui hostiliter persequebantur: reuocant, qui expulerant. Ille exosus, profligatus, profugus, ad primam fraternæ inuitationis significationem redit, ad fratris pedes se proijcit, auxilia quæcunque potest conuocat, tanta celeritate, vt citius Regi à capite esse, eiusque exercitui præesse audiretur, quàm de medijs reconciliationis rumor in Galliam perueniret. Illam duorum Regum conuentionem quæ conse-

cuta

cuta sunt, quomodo illorum actionibus
 Deus fauerit, quomodo Turonibus Rex
 antea conclusus, subito campestrium do-
 minus factus hostem in castra compule-
 rit, quod hæc gloria toti Gallicæ Nobili-
 tati cum hoc nostro Rege sit communis,
 non cōmemorabo. Vnum audacter pro-
 fitebor, quoties ea meminit, quæ ipsius
 aduentum ad regiam dignitatē ante-
 gressa sunt, nisi toties in genua supplex
 corpore & animo procidit, nisi cōfiteatur,
 nullum Principē regnare Deo opt. max.
 pro tot tātisq; beneficijs obligatiorem,
 nulli sceptrā gerētī principi ingrata men-
 tis turpitudine cessurū. Quid? si Rex mo-
 ribundus ad subsidium & opem laboran-
 tis regni nō accersiuisset, hoc facto ipsius
 innocentiam amplissimè testificatus, ni-
 si muneribus & dignitatibus in eum col-
 latis tum quo gradu, qua cōditione esset,
 satis oculis totius Gallicæ Nobilitatis cō-
 probasset: nisi postremis verbis populi cu-
 ram, & parricidij vindictam illi moriens
 credidisset, quomodo putamus tot natio-
 nes, tot principes, tantam ex patritio &
 equestri ordine multitudinem in tārum
 con-

consensum conuenturam esse, quos maiore ex parte superioris domini mandato, hostes infestissimos habuisset: Nisi Deus hanc fati sortē Regi defuncto destinasset, vt monachi manibus trucidaretur, quis huius mortis suspiciōē & probum animis exterorum, linguæ inimicorum ademisset: Nisi eodem tempore, eodem loci à regni proceribus stipatus, nisi idoneo exercitu ante biduum illuc appulso circumseptus fuisset, quibus manibus ponderosum illud sceptrum sustulisset: quo brachio proiectā collapsamq; hanc coronā humo surrectam capiti imposuisset: Obstabat totus penè Christianismus: Hispanus pro sua parte, pro sua Pontifex Rom. pro sua Lotharingici, finitimi ppè omnes, omnes subditi. Hæc vna formidinis ratio in illum tantum bellum excitarat: tot excommunicationes, tot fulmina, tot censuras pepererat: hic metus Ordinibus, Principibus, Regi ipsi orationis modum præscripsit, leges sanxit, non ad stabiliendum regnum, sed funditus euertendum positas: hæc in illum omnia ferebantur. Tandem inuitum (ita Deo

Deo suæ potentie patefactioni viam aperiente) omnibus facultatibus hominibusque exhaustum, ingenti auxiliari exercitu fracto, in angustias & angulum regni coegerant. A' solis desperatis hominibus dominus agnoscebatur: ad ferendam in illum damnatoriam sententiam, ad eripiendam non hæreditatem, sed spem adhuc remotissimam futuræ successions, concursus totius regni fiebat. Non ita, nõ (inquit summus ille Rex regum) iudificabimini me, nõ illudētis, hypocritæ. Infontem accusatis, insectamini: peribitis ipsi, accusatum absolvam, iustificabo, reuocabo, vobisq; tandem inuitis & vestris omnibus conatibus elusis, in oculis regni totius, ante metropolin ipsam Regem coronabo.

Hæc memineris, ô Princeps, nõ ad inanem iactantiam aut superbiam. Hæc enim si ritè perpendis, tuum istic nihil est, non ipsa media humana, quæ tanquam apud sequestrè Deus deposuit eo sanè confilio, ne tibi istorum vel tantillum arrogares, sed tantorum potius beneficiorum munificum largitorem gratanter agnosceres,

sceres, potentem satis ad opus suum integrum in te perficiendum, ni obicem ponas ingratae obliuionis, & ex selectissimo organo te tuorum merita peccatorum in vas *δυσωδίας* conuertant.

Longius verò ab instituto nostro scripturae hęc nos *θεολογοειδής* abripit oratio. Vt ferè vix aliter fieri potest, quin ex crebra istorum commemoratione in *θησιασμόν* minimis *ἀπὸ τῶν πάθους* interualis dissitum incidam. Eò nūc reuerti animus est, vnde digressa oratio mea. Nunc, Iuste, docturus te, qualis sit Gallia, lupum (quod aiunt) auribus teneo. De illa *ὑπερθεσι* cum nuper ad te scriberem, eius *ὑλη*, quantumvis *ὑπερβολὴν ἔλατ*, putre, gāgrāna & carcinomate exesum, itabat tamen, monarchia illa (quæ forma est) adhuc perdurante. Vtraq; collatis, coniunctisq; viribus hoc ægrū corpus sustentabat. Sed paulo post nata est horribilis illa secessio, quæ aperte maximam prouinciarum & urbium huius imperij partē ad excutendum summi Magistratus iugū impulit: cuius sacrosancta persona non ita multo post tempore violata est. Hoc execrabile
parri;

parricidium καθολικὸν ἀπαξίαν peperit. luttitia, primarius regis maiestatis rariis, subtracto intrinseco stipitis succo statim emarcuit. Ecce mox altari oppositum altare, diademati diadema, Parlameto Parliamentum. Fiscus omnium πολιτικῶν nervus, subito exaruit. Canales enim, quibus fundebatur, in tanta violentia confracti, cōquassatiq; sunt: modò hac modò illac saliens ipse difflebat: armis vndiquaque regnum totum circumsonat. Excepta vna militari arte, ceteræ omnes functiones, munia & exercitiâ deserunt. Hic ultimi moribundæ Gallis quasi singultus exauditi: tūc effœtis viribus, sanguine, spirituq; sensim exhaustis, nō sine omnium stupore & præter opinionem mœbra omnia pro naturali motu & facultate, distorti, distrahi, diduci, distendi horribiliter cœperūt: ibi vitâ cum forma perdidit.

Dum autem spiritum trahunt Individua, tantum ἐν ὅλῳ, & in integro considerantur: vbi amiserunt, in primam materiam resolvuntur: quod vitæ absentiam manifestò arguit. Sic status iste nostri imperij, forma, quæ esse dabat, amissa, in

principia reuersum est, ex quibus constabat: *τηκμηρορ* certè vitalis spiritus absentis. Omnis corruptio principium est generationis. Ex tauro apes, ex equo cãthari, ex humano cadauere serpentes generantur. Sed antequàm fiat noua hæc propagatio, cadauera nostra quo nomine appellabimus? Regnum nostrum, proh dolor! vitam amisit: regnum non est inter eos qui regiam auctoritatem à se abdicarunt. Quo tamen nomine appellemus, donec ex tã venusti Colossi ruderibus môstrum ali-quod reip. vicus aliquis, satrapia, cineritium quoddam fœdus, aut quid simile natum sit?

Tibi, Iuste, difficilimum foret parentis tui cadauer siccis oculis distentũ in mensa videre: quòd si te ipsum Anatomistam esse oporteret, si latera illius nouacula aperire, quã hepar, quã iecur, quã pulmones, quã mammam, quã renes, quã intestina disseccare, si post mortẽ, causas morbi latẽtes rimari cogereris, mi Iuste, quid faceres? Puta in hac me tristi narratione eadem matri meæ iusta persoluerẽ, hoc modo parentare.

Regnum

Regnum Gallie (quantum ex veterum monumentis colligimus) ex duabus constat partibus, Principe, & Subditis. Vna Principis persona sola in se & per se auctoritate munita, quam antecessoris defuncti legitima successione induit, nec cogitur in aditu ipso imperij ad vllã, præterquam legis Salicæ, conditionem, nec eligi, nec exauctorari potest, nec vlli disceptationi subiacet: nullum habet in summo principatu collegam, nullum dominatus sui arbitrum. Eum iudico primũ omnium mundi Principum hosce sibi iure titulos arrogare posse, **DEI GRATIA REX**, non solum quòd regni sui, nemini, præterquam **DEO**, *ὁ πῶτος* est, sed etiam quòd nullum credam principatum magis absolutum, magis sui iuris, magisq; summam illam Dei omnipotentis monarchiam repræsentantem vnquã extitisse.

Subditi ex tribus hominũ generibus constant, quorum primi omnium sunt Ecclesiastici, quos primario loco propter diuini, circa quem se exercent, cultus venerationem, statuimus: alij sunt Nobiles,

feu. Equestris ordinis viri, penes quos sunt imperij honores, dignitates, munia, feuda, iurisdictiones, præturæ, quarum omnium rerum nomine speciali fidelitatis sacramento Regi obstringuntur, nemine secundum illum pure, simplicitet, aut immediate agnoscunt. Hi corpus in regno separatum habent, nemine in ordinem illum adscito, nisi qui aut re, aut famâ talis existat: postremus deniq; ordo est plebeius, in quo ruricolos omnes & colonos, vrbiû incolas, mercatores, ciues, artifices, reliquam denique promiscuam plebem complectimur.

Populus est vnus in Gallia nostra, qui vt maiori iniuriæ obuius est, sic minori in pretio haberi vulgò solet: qui alijs diuitias plures, sibi minus gloriæ & libertatis obtinet. Agnoscit non solùm Regem summi magistratus loco, sed alios quoq; de ordine Equestri & Ecclesiastico dominos inferiores colit: quod imperium nõ raro durius experitur, nec tamen ab eorû iniuria aliò perfugium & asylus patet. Nobilis enim & Prælatus, quibus ob conditionem suam, ad Principem patet accessus,

sus, apud illum quoque fauore & gratia
 præponderant. Hic ordo omnium popu-
 losissimus est, opulentissimus quoque fu-
 turus, si parcius cum eo, mitiusq; in exi-
 gendis vectigalibus ageretur. Sed quum
 nulla à Rege munia soleat capescere, cer-
 tum est multò minus dispendij, Eccle-
 sia, multò etiam minus Ordine Eque-
 stri, accipere. Illa Monarchiæ *επεταρα*
 & firmamentum est, illa dexterum Re-
 gis brachium, illa sceptri fulcrum, illa re-
 gni decus & robur, illa denique pars o-
 mniū præstantissima. Nobilitas vnicum
 Regem agnoscit. Neque ab Ecclesia, neq;
 à plebe natales repetunt Principes nostri,
 sed eos vna sibi Nobilitas vendicat, cuius
 primarij quidem furculi existunt. Hic or-
 do & numero hominum infrequentissim-
 us, & omnium est egentissimus. Ab eo
 autem vnicum Rex gladij ministerium,
 reposcit, reliquorum ordinum spolijs
 locupletat, cæteris placet anteferri, & ferè
 ad omnia belli munia vnicum adhiberi.
 Hinc perpetua populi, in Nobilitatē in-
 uidia: cui propterea, sese contra iniuriam
 muniendi causa, quouis tempore regum

quodammodo lateri hæere fuit neceſſe
 quorum obſequio rarò defuerūt. Sin au-
 tem interdum ab eorum latere diſceſſe-
 runt, nunquam tamen alium ordinem
 induci præter monarchiã patiuntur, quip-
 pe quibus nihil dominatu populari ma-
 gis aduerſetur.

Florente verò adhuc noſtro imperio
 meritò certè præſtatiſſima obſervari po-
 tuit trium iſtorũ ſub eodem capite men-
 brorum compages, & coalitio: quæ tantũ
 quidem fuit, vt nõ facile fuerit diſcernere
 re cuiam magis faueret, aut quã in par-
 tem Princeps eſſet procliuior. Amabilem
 ſe præbebat ob conſcientiæ religionem
 (vinculum fanè omnium arctiſſimum)
 Eccleſia: adeò vt pio Principi honoris
 Atheo formidini eſſet, nec vllam fuiſſe
 nato Chriſtianismo fauoris & propen-
 ſionis in eam principum intermiſſionem
 conſtat ex immenſis in Eccleſiaſticos mu-
 neribus, ab eorum liberalitate deriuatis.
 Populus ſudore ſuo dominum alens, ne-
 ceſſariò illi gratus nec inuiſus fuit. Nam
 (verum vt fateamur) Rex præter dona &
 munera populi nihil habet in Gallia. Ni-

hil erogat Nobilitas, pauca Clerus, & grauatè quidè confert. Sola plebs inexplebiles oculos & loculos auari Principis implet, profusi largitionibus & sumptibus nihil parcit. Quæ causa quondam fuit, cur in Curia licet aut Patritij alicuius, aut Abbatis aduersus rusticum in singularibus causis partes plerunq; susciperentur, in genere tamen, & in vniuersalioribus Nobilitate aut Ecclesia plebeios impetente, non eo semper sese modo res haberet.

Nobiles, Principis sui delicia, eius omnium actionum socij, robur, splendor, ornamentum imperij & decus, ab eo peculiaris quædam beneficia & priuilegia consequuebantur, nec erat locus querelæ de reliquis ordinibus hilariùs & lautiùs acceptis, quorum potius succus & sanguis sensim ac sine sensu, *ὡς ἐξ ἀφαιρέσεως* expressus in istum vnum redundabat.

Atque (quod amplius est) inter membra, mutua voluntas & gratia tam arctè & sanctè colebatur, vt capitis sui exèplo Nobiles Clerum venerarentur, populo indigerent, Clerus vtrinq; emolumentum eliceret, populus vtriusq; fauore, fide & tu

tela in rem suam vteretur, adeò vt in serie
 tot sæculorum nulla tam manifesta dis-
 sidia aut æmulationes, quàm hoc infelici
 sæculo, conspiciere licuerit. Dispercas, in
 malam rem abeas, aut, si mortuus es, ma-
 ledicti, inquieti sint Manes tui, ô, quis-
 quis ille es, qui tam sanctam membrorũ
 cum capite compagem primus dissolui-
 sti, & pro cõcordia, quam in illis tuis *Θα-
 νεποις Παντάσμοισι* prædicas, tãtam, & tam
 florentem *μοναρχίαν* membratim discer-
 pisti. fac quod vis, ô Satanæ minister, dis-
 tractionis, non concordie; corruptionis,
 non generationis; dissipationis, non con-
 gregationis artifex, & organum non con-
 seruationis, sed ruinæ: fragmẽta eerte, aut
 scopæ illæ tuæ dissolutæ (credat contra-
 rium qui volet) nulli vnquam vsui sunt
 futuræ. Hæ sunt igitur illæ diuites colu-
 mnæ, ex quibus nostrũ quondam Tem-
 plum constitit. Post eius cadauera & ru-
 dera, materiem, agẽ, ceu maceriẽ saltẽ
 rimemur, & quis fuerit lapsus & ruinæ
 modus, attendamus.

Principatus illi, quibus accidere solet
 mutatio, si populares fuerint, mutantur
 ferẽ

ferè in *μοναρχίαν*: si sint vnius, in *δημοκρατίαν*.

Perspicua est ratio. Nunquã enim res nisi in contrarium mutantur, alioqui nulla foret mutatio. Vnius autem & pluriũ imperium sunt opposita. Non illud dico, quæcunq; inter se discrepant, eadem continuo pugnare ex aduerso. Interdum enim ab vnius dominatu non fit in popularem tráfitus, neque à populari in vnius principatum: sunt & aliæ quædam intermedia principatus formæ. Vt quum (verbi gratia) pro eo quòd in vnius arbitrio posita erant omnia, non statim ad arbitrium cõfusæ multitudinis deuoluimur, sed pauci numero deliguntur, quibus rerum summa demandatur: aut quum loco multitudinis ad paucorum numerum consilia deferuntur. Vtut sit, affirmo, illi, qui *μοναρχίαν* mutare velit, necessatiò multorum principatum esse subrogandam: à quibus tandem per eundem mutationis gradum ad *δημοκρατίαν* descendatur: cõtrà verò *δημοκρατίαν*, seu statum popularem euertere cupienti, istunc in *ολιγαρχίαν*, id est, paucorũ dominatum, & hunc

& hunc deniq; in vnus principatum, qui
μοναρχία dicitur, contrahere. Dicendum
 illud amplius est, *διχοστασίας*, siue feditiones,
 quæcunq; tandem in principatu ali-
 quo nate sint, hoc inter se simile habuisse,
 vt earum caput ferè semper è nobilium
 esset ordine, mēbra verò de plebeio cor-
 pore ducerēt originem. Populus magnū
 est illud (vt cum Poeta loquar) inane, va-
 stūq; pelagus, intumescere, agitariq; qua-
 cunq; rapiūt venti, atq; vt plurimūm cō-
 tra manifestam vtilitatem, facillimum.
 Romanum imperium fuit populare: pe-
 nes populum summum erat ius, summa
 potestas. Cæsar, quò facilius euerteret, & se
 populari in vnus principatū cōuerteret,
 vnā populi gratiam captauit, quam no-
 bilitati opposuit. Iudeorum *πολίτεια* à lu-
 dicibus administrabatur, quos ipsi, popu-
 lusq; nominarēt: ijdem, vt ius illud amit-
 terent, regem postulauerunt. Populus
 ad id tantum, quod præsens est, sese ac-
 cōmodat: ex hominibus enim constat. Si
 ab vno principatu opprimūtur, si aucto-
 ritas, quæ inter eos colitur, minus arridet,
 dant manus, tradūt vltro sese primo cui-
 que

que eam commutare volenti, vnumq; illis fatis est, in vno acquiescunt, dummodo fiat mutatio, parum attēdentes, illud ne quod factam mutationem consecutum est, deterius sit malum priore.

Verum enimverò, reliquarum omniū turbarum & seditionū popularium, quæ præteritorum sæculorum memoria contigerunt, maxima est cum hac nostra dissimilitudo, nec tam multæ sanè causæ tūc extiterunt, atq; nunc nobis suppeditatur, cur meritò in populum auctore deriuentur. Nam præter cōmunes illas, quas iam supra commemoravi, tertia quædam in nostro hoc principatu venit attendenda, quæ sola pessimos illos fœtus, quos vidimus, enixa est, rerum videlicet nostrarū momentis in eam partem inclinatis, vt vniuersus populus, præsertim verò vrbani, qui à monarchia munera tantum & onera capiebat, vnā quidem libertatem ^{εὐταμίαν} haberet: corde verò eos demum complecteretur, & in sinu foueret, qui expeditissimam illis viam ad eam obtinendam inuenirent. Ad hoc κέλδομα repente (quod mireris) vt qui ad triremes dam-

nati

nati sunt, sic omnes Galliarum ciuitates re-
 mos officij & obedientiarum abiecerunt. Ego
 verò humani præsertim ingenij prauita-
 te perspecta, aliquam eorum furori ve-
 niam darem, si consilio aliquo directum
 animaduertentem, & si rectam viam in-
 tuerent sibi popularem constituendi for-
 mam reip. Sed quemadmodum perpetuo
 falluntur, quum vnus imperio renuntiant,
 vt mille dominorum iugo ceruices vl-
 trò subiciant, quum pro iusto & legiti-
 mo Rege, videam in sua illa *συχύσει* tot
 tyrannorum seruitutem admittere, hic
 cōticesco, tacitusq; Dei iustitiam, ita stul-
 titiam, improbitatem superbiamq; gene-
 ris humani iustissime vlciscentis exolcu-
 lor & agnosco. Sed hæc infra planius ex-
 plicabuntur. Atque hæc quidem de tertio
 nostro, infimoq; ordine.

Ecclesiastici quoq; nostri, qui ad inte-
 gram domus regie contignationem pars
 non contemnenda coeunt, culpa non va-
 cant in vltima hac tumultuatione. Cui
 ansam sanè Imperij forma non dedit.
 Quòd enim ad fratres illos minores, qui
 minimi sunt in Ecclesia, quòd ad fratres
 (quos

(quos vocant) mendicantes, quòd ad populi concionatores attinet, qui populari auram & aurem ambiunt, eiq; in còmotionibus ad blandiuntur, illos flagrate seditione, & manente penes imperitiam multitudinem potestate, maiori esse in gratia quis miretur? Sin autem amplissimos illos Cardinales, Episcopos, Abbates, opima Monasteria, Collegia, ordines monachorù spectes, longe maiorem tum vtilitatem, tum honorem sub regia, quam sub populari reip. administratione consequuntur. Illis enim facilius est vnius Principis conscientiam, quam vniuersi Senatus, quam totius populi in nutum & arbitrium suum còvertere. Testes sunt Italorum, testes Germanorum respublica, testes omnes prouinciæ, quibus populus præest, vbi hæc conclamari solèt, FORAS, FORAS, ROMANENSES. Si quærimus, Clerum nostrum quid pertraxerit in furoris popularis còsensum, præter causam illam *ὕπερφυσικὴν*, quæ est in lucis & tenebrarum *ἀντιπαθείας*, hæc quoq; accedit, metus scilicet mutationis & emendationis. Malus tamē & turpis metus, qui

qui non tam intimè illos (profectò) tangeret, si de lingua & doctrina tantùm, de loculis & culina non item, ageretur.

Officium in tantis turbis (vt dixi) sola Nobilitas non deseruit : sola sanè in hoc negotio maximè petitur, cum rege *ad se* *petens*, & cum regia potestate coalescens. Quæ causa fuit vltimarum seditionum coryphæis, vt notas omnes monarchiæ confundere ac permutare cogerentur, populares conuentus & comitia passim ferè, quibus præter ordinis sui dignitatè, parerent, erigendo. Sed vt Nobilitati futurum facerèt, ne sibi exiguus ille Patritiorum numerus, quem penes se haberent, elaberetur, necesse fuit nomina illa *Regij status & Corona* retinere. Cæteroque nungustassent. Extincto in Gallia regno, eodem die Nobilitatis funus effertur. Populus enim, cui summi magistratus iugum excutere licuerit, sine cunctatione ignobilis vici dominum recusaturus est, si miliones auri vectigales persolvere recusabit, à triobolari certè censu, quem domino glebæ solvere tenetur, facile se absoluet.

uet. Nobilis in Gallia iurisdictionis titu-
 lo erga glebæ addictitios, enfilatione, im-
 munitate ab omnib. oneribus, quæ Sum-
 mo magistratui præstantur, insignitus, ijs
 tantum exceptis, quæ in persona sua præ-
 stare tenetur, qui distinctam habet à mer-
 catore, ab opifice, à colono cōditionem,
 quam proculdubio honoratiorem cēsēt,
 nec ferre illos, nec ferri ab illis, nec prædi-
 cta omnia priuilegia tueri sub illorū do-
 minatu possēt. Huius rei fidē faciunt Hel-
 ueticorū, & Belgarum exēpla: apud hos
 Nobilitas postquā defecisset, odium,
 proditionis inuidiam, sœuitiem & tyran-
 nidem Hispanici sui principis, quiduis
 deniq; ab illo, quāuis alienigena, maluit
 experiri, quā sui ordinis contemptum,
 deminutionemque sub noua & inusita-
 ta illa populari reipub. administratione
 sustinere. Hic sub laxatis audaciæ habe-
 nis, in hæc verba liberè nunc erumpam,
 neminem vnquam Gallix Regem tanta
 fide, tam ἀδ' αὐτοῦ, ab Equestri suo ordi-
 ne, atq; noster hic sit, cōsilio, viribusq; ad-
 iutum. Sed simul nostra Nobilitas, regiæ
 maiestati tam arctē se deuinctā, saxo, in-
 D tel-

telligat, vt quo die Regis sui capiti pacatum diadema imposuerit, eodem se credat honores, libertatem, immunitates, iura, priuilegia, quæ maiores ipsi tot vulneribus, tot laboribus, tot periculis quæsiuerunt, recuperasse. Sin euertetur *μωρα* *χία*, hæc illis omnia eodem casu sciat esse peritura: iacturam autem cū iactura comparanti, Nobilitatis certè præponderet. Si Regis sententia sola momētum in fult Senatus cōfessu haberet, existerēt fortasse Sophistæ à consilijs, qui tantorum discriminum, & laborum plenum Imperium 20. aut 30. annos (de vetustissimo loquor) prorogetur, suaderent, quieti, tranquillitati, otiosæ vitæ, delicijsq; posthabere. Quod si faceret, probrum & vituperationem fortè nullam in se sustineret: exempla sunt, quæ posteritas laudat & admiratur. Sustineret autem, si subducens sese, tacitè in mutationem imperij consensisset, & Nobilitatis causam prodidisset, quæ non nisi in eius iactura, iacturæ aleam pati, non nisi in eius salute salua esse potest.

Quum

Quum hoc modo se habeat status nostri partes, & plus minus monarchiæ obstringantur, accidit ab hinc annis 30. insolens quoddam *ἀντισημα*, turbæ scilicet Religionis causa concitata, ac nescio quid præposterū studium cultus diuini à veteris sinceritate multum degeneris ac deuij ad meliorem aliquam formam reuocandi, per omnes Regni partes sensim diffusum atq; peruagatum. Si hæc cura solam multitudinem remorderet, res fortasse eò non forent prolapsæ. per se enim *ἀντισημα* plebecula minimū fuerat notitura: ipseq; Clerus, siue pudore victus, seu vi adactus, reliquorum ordinum auctoritate verbi diuini gladio ceruices præbuisset. Sed ecce statim hæc febricula Nobilitatem corripit, quæ pertinacioribus quibusdam & cacochymis alta humoribus, dissimilia prorsus in corpore dissimili effecta peperit, quàm in plebeio ordine peperisset. Sic in controuersia de Religione, magnates alij aliarum partiū cliētes comperti sunt: vnde pro ratione, cum armis insanitum: colloquia, dictæ, concilia in Germanici equitatus apparatus,

tum, in Martium campum, in conuentu
militares, in præriorū conditiones ver-
sa sunt. Sic solet Diabolus probā aliquā
intentionē in pessimū finem cōmutare.

Guifiani pro parte Catholica steterūt
Borboniorum præcipui pro Euangelica
signa extulerunt. Istorum Principū non
nulli regij nominis gloriola stimulaban-
tur: alij regij sanguinis erant furculi. Et
tibi dicto citius causæ Dei, in controuer-
siam de statu miram μεταμόρφωσις. Tunc
imbuuntur Reges hac persuasione, furcu-
los illos à regia familia traduces, præser-
tim quum noua dogmata defenderent,
magis esse metuendos quàm essent ij, qui
ab hac nouitate alienissimi, mallent vete-
ribus vestigijs insistere. Verbum hoc spe-
ciosum inuenit fidē penes eos, qui verū
an falsum esset, minimè attenderent. Sed
malè cautum fuit, hac specie Guifianos
occasionem præsentem non neglexisse
armorum retinendorum, & partium du-
cendarum: qua quidem in re tanta fuit
eorum ἀγχινοια & prouidentia, vt amplis-
sima eorū gratia & auctoritas dominos
in æmulationē conijceret, cuius tandem
esse:

effectorum testes fuimus oculati.

In hoc dissidio trium nostrorum ordinum manifesta ac euidentis fuit inclinatio. Nobilitas quidem non obscure Lotharingicorū patrociniū aduersus Principes ceteros suscepit (vt maximè pars eorum oriundi essent à stirpe regia, pars minime:) idq; tam diu factitatū, quàm diu regibus inferuire & dicto audientes esse animaduertit. Clerus Religionis nomine quid sua maximè interesset, reputans, multò secretius, multoq; tutius illorum partes affectauit. Populus primo impetu ad nouum spectaculum (vt fieri assolet) flagrāter accurrit, nec ita multò post quo animi ardore verum complexus erat, eodem reijcit, nullo certè alio motu impulsus, quàm quò procerum tempestas raperet. Sed posteriori tempore, tum ab insana superstitione, tum à concionatorum artificiosa calliditate seriò inflammatus, quòd iam pridem in cædibus vrbis, in præda, spolijs & sanguine, inueteratoq; in Euangelicos odio exercitatus esset, defunctus Dux Guisus, magnus ducendæ multitudinis artifex, pestiferos istos sedi-

tionū humores, callidè sanè & ingeniosè
spe libertatis, & subsidiorum immunita-
te nomen boni publici contemperavit:
quibus insuper adiecto pullorum Iouis
odio, mox oppressorum, & oppressionū
querela, quam partim *ἀσυμβεβλία*, partim
δαψίλεια contraxissent, dici non potest
quantam sibi apud illos tum fidem tum
gratiam compararit.

Regem illum defunctum, cuius tanta
laude Gallia virtutes cōmendavit, quan-
to sui dispendio vitia mercata est, hac in-
ter cæteras indole, quæ ad huius harpyæ
designationes impensè faceret, facilitate,
(inquam) mansuetudine, popularitate
(ambitus indiuiduis comitibus) natura
effinxerat. Quò regni proceribus impera-
re posset, infimis erat obsequiosus: per vr-
bis compita transeuntem reiecto, nuda-
toque capite honoris causa conspexisses,
nutu, aut manu, aut voce omnes ad seruū
vsq; atriensem aut baiulū salutare, assur-
gere. Hæc & alia quamplurima, cum pri-
misq; Principis contemptus, & odium,
quo apud omnes flagrabant, qui totum
illum possidebant, tantum eius molitio-
nibus

nibus incrementum, tantas vires dede-
runt, vt vnus meritò dici possit plebecu-
lam nostram corrupisse, & in tertio illo
ordine partium & factionum suarú par-
tum tenellum penitus efformasse. Nolo
hic velut ὁμοτύποις quadam representa-
re, quibus gradibus per 20. totos annos
ad illum scòpum collimarit, tum paren-
tis tum patruí sui præceptis informatus:
longæ ambages. Demòstrare satis fuerit,
(vt ad nostra tempora veniamus) sancti
(quod vocant) fœderis factionē, cui Dux
Guisius in Gallia præerat, præcipua in vr-
bibus, ac fæcepuli præsidia nactá esse:
quod in omni nouandarum rerum stu-
dio ac molitione ferè vsu venit, quæ certè
non nisi multitudinis viribus roboratur.

Tandem hæc Lerna tãtam in molem
excreuit, vt ipse Rex prius trucidaretur,
quàm telæ suæ manum extremam adde-
re liceret. Nihilominus cædes illa, (adde-
etiam Regis oscitantiam, & vmbra im-
becillitatis) ita effrænes multitudinis ani-
mos iam pridem pessimis impressiõib.
vitiatos, & qui, insanarum illarum sub-
structionum (quas Barricadas vocitabãt)

exemplo, fatis iam in se præsidij collocarent, vt domini sui vires, opesq; negligendas putarent, vt non modò non hoc cauterio flamma restingueretur, sed etiam pars ad viuum nimis resecta, gangrænam in cordis vsq; penetralia deferret.

Si qua ex hominum memoria extitit vnquam tumultuosissima & furiosissima populorum cõmotio, hæc profectò fuit. Nam intra sesquimestre nobilissimæ munitissimæq; regni ciuitates (nullis exceptis) partim amissæ, partim in iacturæ alea, & in acie (quod aiunt) nouacule fuerunt. Nihilq; præteritis omnibus sæculis simile vnquam vel visum vel auditum censeo. Interea temporis vis illa morbi pestiferi sensim deferuescere, natiui caloris per regiam potestatem reductu: Clerus ad officium redire, vrbes nostræ resipiscere: sed infelix illa Principis cædes à lanista Diabolo postremum fuit exitiale vulnus Gallicæ impactum, quo Monarchiæ vinculū, huius imperij forma, compages deniq; illa spiritus & corporis politici, ex parte Ecclesiastici plebeiq; ordinis, miserabili distractione concidit, restante duntaxat sceleto.

sceletto, cadauere, & materia prima, ex qua prius partes illæ omnes coaluerant. Hoc casu, dissipato tam nobili ædificio, iam de illo restat, nō vt de toto quodam integro, sed tanquam de dissipati cuiusdā principatus fragmētis & reliquijs disseramus. Vt enim sit sanè caput integerrimū & valentissimum, quod huic qualicunq; corpori Deus restituit, ita tamen languida restabant partes reliqui corporis, occulto intestinorum dissidiorū veneno, vt ex tribus illis imperij columnis, vix vna hodie supersit, quæ vel stare dici merito possit, nec illa quidem in concussa. Vt in amplissimi cuiusdā Amphitheatri solo videas hîc ordine stantes ex vario marmore columellas, illîc multorum Imperatorum statuas: inde arcus, fornices, peristyliæ, diazomata, inde inscriptiones, apophtegmaticas tesseras, quicquid denique magnificentiæ & splendori quæsitum. Sin autem forte fortuna annorum series, & ignis & ensis æternum hoc aboleuere decus, hæc semiruta & cæsa vix ac ne vix quidem in disiectis molibus vestigiū sui relinquunt: non aliter, vitalem hunc Spiritum

ritum adhuc spirante Rege, florentem licebat statum huius imperij cernere, licebat heroes illos & Principes viros sua veluti quemq; tessera decoratos, vt gemmas in eleganti corpore, cōspicere, nunc contrā versis & inuersis omnibus, vix vmbra & cadauer prisca corporis, ac semisepultæ bellorum ciuiliū, dissidiorum & cōfusionum molibus reliquæ, tenues scintillas emittunt prisca splendoris.

Adhuc eo imperāte, paulò antequā vltimū naturæ pensū solueret, Gallia omnis in tres partes distracta fuit: eam videlicet quæ Regia diceretur, (vt enim alias dixi, sic diffluxerat Rex animo, vt in partiū Regem euaderet) Nauarrenam alterā, ceu Euangelicorum: tertiam Guisianam, ceu Ligariorum. Mutatis ducibus harum repente partium accidit mutatio. Defuncti Regis morte translata ad hunc imperij successione, periit Euangelicarū partium nomen in vasto regni decursu: confœderatorū factio bono illo suo duce desiderato, varios in casus incidit, quos iam commemorabo. ac de hoc quidem postremo loqui meditor.

Dux Mænius & partium harum præse-
 cti paululum ingenti plaga illa Blæsi-
 ana expergefacti, cum ex tam violenta inspe-
 rataq; rerum conuersione perspexissent
 se morte Guisij non solum non debilita-
 tos, sed etiam miraculo quodam factos
 esse robustiores, ita diffuse & insolenter
 hunc fortunæ risum acceperunt (quem
 ne per somnium quidem sperassent) vt
 nihil aliud in animo sibi fingerent præter
 vnam imperij vsurpationē: nec certè mi-
 noris gladij præcinctionem illi emerint.
 Quid aliud facerent? Tot vrbium defe-
 ctiones videre, tam multorum obsequia,
 gratulationes, salutationes audire, tot o-
 pes tanquam fortunæ filijs in sinu & ma-
 nu positas cernere: omnia ad nutum illis
 & voluntatem affluere, arridere: ne laten-
 tium quidem thesaurorum patefactionē
 bonæ ipsorum fortunæ denegatam, tan-
 quam si fatum in Gallia prædones aluis-
 set, qui præclara parsimonia montes au-
 reos istorum hominum sæculo reserua-
 sent: Quis ex tanto casu subito consurgēs,
 & in tanta fortunarum omnium opulen-
 tia constitutus, integrum sensum seruare
 potuis-

potuisset: Itaq; iam apud eos cōsilio nullus locus: iam acta transacta omnia: tantum Turonibus Rex erat reuocādus, vbi compromissum habebant, illū manibus pedibusq; vinctū nanciscendi. Nihil præterea locorum expugnandum restabat: deuicta iam, debellata omnia: tantū fuit, (vt videbatur) de modo belli manubijs, & victoria vtendi, fruendi, laborandum. Nec id sanè prætextu caruit. Primus hic error. Si enim in tanto secundarum omnium rerū applausu iudicij sanitatem conseruassent, & firmioris alicuius propositi capaces fuissent, quantum humanitas licet iudicare, nulla controuersia, regno iam potirentur: monarchiam nullam haberemus: sed neq; tunc in ipso limine, neq; postquam secundiores etiam extincto rege belli successus obtinuerūt, quidquam in illis firmi & solidi consilij perspici, neq; quem ad scopum collimarent, animaduerti satis potuit. Istuc neminem latebat, quòd dominos & iustos heredes expellere molirentur: constabat illos de propugnanda fide Catholica verba in auras spargere, factionem conscribere,

bere, in quam cunctas Galliz ciuitates pertrahere conarentur, immensas opes in illorum manibus paratas ad regnum euertendum, nulli erat obscurum. Quis tamen exitus, quis administrandæ modus reipublicæ illis propositus ac destinatus esset, quis finis armorum, quis belli, nesciebatur. Nulla autem humana (magna licet) quæ certam designationem & scopum non habeant, longè à casu & interitu feruntur, non secus atq; nauis remigio & gubernaculo destituta, periculo est proxima.

In hac tamen rerum perturbatione cõsiliū ceperunt non quidem quod recta ratio dictaret, sed q̄ insanus furor subministraret. Si enim molitionem illā iudicio rexissent, multò sanè feliciùs rē administrassent. Postquàm igitur satis magnos tumultus in Gallia viderunt, & preloens aliquod remedium esse opportunū, ac vina (vt ita dicam) ebullitione iam facta in cella paulisper deponenda, nulla compendiosior occurrit ratio, quàm vt in Regis personam procellam omnem & Orionem popularem conuerterent, rati
(quod

(quod etiam erat probabile) ad euertendam monarchiam Gallicam, sceptrum de manibus Iouis *σκηπίδης* primum executiendum esse. Ita esset sane, si modò se se idoneos ad illud deturbandum, mox etiã ad collapsum erigendũ præbuisset: sed tumultum, & furorem popularem quũ ad extorquendum adhibuerint, parallogismus fuit in conclusione.

Sic arefco facto tum in regni metropoli, tũ passim alijs in vrbibus, ne pro principe agnosceretur, contestata lite, sententiam ferunt, incapacem pronuntiant: exauetoratur, tandemq; trucidatur. Hæc autem conscelerata prorsus agendi ratio cum ad octauum aut nonum vsq; circiter mensem esset producta, quo temporis interuallo populis illito semel *αισθησις* gustu, vrbes nostræ, *τῆς μοναρχίας* excusso iugo, & recuperata peccandi licentia factæ insolentiores, iam feruntur equis, neq; audit currus noui fessoris habenas.

Hic hinc demum deceptus est D. Mænius, immemor, sedato & tranquillo mari, ne procellulæ quidẽ vestigium extare, nec yndam ynda superiorem excurrere:
semel

semel autem concitato, furentiꝫ, decumanus ecce fluctus sexcētos alios trudit, & in nubes vsq; sustollit: idem tamen fluctus ab alijs subuectus ab iisdem deprimatur, & in æquor complanatur. Hei væcordem! primo furiosæ popularis auræ impetu aperte videbatur in regni gubernacula defuturus: sed frons oppalluit cōspiciēti quousq; scandendum esset ad coronam deturbandam. Vbi reditum retētat suspenso, & obliquo gressu, ecce nusquam apparet scala. Actutum obtruditur in os concilium ex plebe: limitatur eius potentia: habet custodes, ὧπα κρη̄ ὀφθαλμῶν. Insani, toti dissidijs & tumultuationibus quum scateant, in suis tamē illis furoribus ordinem auidè auent videre, non ordinis quidem studio & amore, sed eius frændæ gratiâ potentix, qui pro eo loco, quē illi dignitas & natura tribuunt, & quod caput illuc esset controuersix, primas in illorum grege cœperat obtinere. Turbulenta autem & tumultuosa ingenia, quæ tot annos speciosam aliquam & probabilem occasionem germani sui domini regno expoliandi venarentur, non
carent

carent aduersus nouum hunc vsurpato-
rem suspicione.

Sed hoc peius fuit (vti fieri solet, absen-
te domino, serui herile imperiũ omnes
vt fumant sibi) quod ipsi sibi inuicẽ ob-
fuerunt, & aucta magis magisq; suspicio-
ne, mutuis æmulationibus facultatẽ be-
ne vtendæ, & cum aliquo successu regen-
de popularis amentię sibi præripuerunt.
Vt enim verũ fateamur, si statim ab extrin-
cto Rege, cõuenisset illis omnibus de Du-
ce Menio, in vado res erat, meo quidem
iudicio. Non primus hic certẽ natus fuisset
inter mortales vsurpator, qui minoribus
opibus principatũ inuaderet. Sed
ecce subito nascuntur inter illum & Mar-
chionem Pontinum consobrinum tricesi-
quarum & pars fuit Dux Aumalius. Ducis
sc̃ de Nemours, & Montpensier interces-
serunt, illa quidem filij sui de Nemours,
qui iam fidem & auctoritatem sibi con-
ciliare cœperat, gratiã: hæc fratris nomi-
ne, qui eandẽ paulatim amittebat. Qua
quidem ratione res ipsorum turbę me-
re. Postremò Dux ipse Menius ad tam au-
dax facinus minus animi præsens, mi-
nusque

nusq; ad tam arduam molitionem generosus, fœdè nomen & spem Regis deposuit, vt legati Coronæ seruilem titulum assumeret: sic (inquã) deposuit, vt quum non obscuram eius rei significationem darent de illo grege plurimi, componerentur illicò logi, (*γενητιῶν καὶ λοιδοριῶν ἀμάξαι*) excuderentur & libelli, contra quos nemutire quidem integrum fuit.

Itaque, mi iuste (Campanam hanc vt colliquefacto metallo in principia sua resoluamus) integro quidem ac florente regno, quum ad te primùm scriberem, Dux Guisus Princeps absolutè confœderatorum fuit, quorum factio plebeij ordinis potissimùm opibus & subsidio nitetur: nunc mutata rerum vices. Post eius etenim, regisq; fatũ inuerso regni statu, & in materiam primã resolutò, in pedes (vt sic loquar) constitit corpus illud ciuitatum, quæ admittentes, adeoq; deglutientes minutula ista capita ex gente Lotharingorum reliqua, vnaq; cæteros Gallia confœderatos proceres, maiores quidem, quàm vt respublicas ferre possent, viribus tamen inferiores, quàm vt regna

constituerēt: illę (inquam) ciuitates, quę priuatum aliquem scopum habebant, tales istorum honores æmulari cœperunt, artificioseq; simul & pedetētim ad se ius omne deriuare, sibiq; fidem & audientiam facere, nulla amplius præsidia, custodias iussa, imperia nisi voluntaria ferentes. Hebes ὡς ἐν τῷ πῶ, qui sit in præsentia patrum sancti fœderis status in Gallia, plane ad rerum publ. formam inclinatus, vbi nullus Nobilitati, nullus Ecclesiasticis locus relinquatur præterquàm ijs, qui omnium maximè sint ad insanos illos multos adiuuandos idonei: quippe cum paucæ illarum partium vrbes inueniantur, quæ suum Episcopum, aut Abbatem aut primarium Prælatum exilio aut carcere non mulctauerint.

Isthæc porrò acerbissimè concoxissent gentiles Lotharingicos, dubium non est. Principes sunt nati, educati, aucti monarchiæ afflatu: summis muneribus assuefacti: adeò vt durissimum sit illis hoc tempore, nihil sperantibus, nihil arduum ambientibus, omnia iam sibi parta & in sinum delata sperantibus, cogi ad promouendos

rendos singularum urbium ciues, eosque ut plurimum fortuna infimos, scelere nobilissimos: Istud enim hominum genus, seditionis maximè tempore, pollet auctoritate. Hæc autem illis fuit acerbitas deoranda, quantunvis per totam vitam D. Mænius tam fuerit ab his seruilibus obsequijs & subiectionibus alienus, quam ad eas factus & à natura comparatus frater videretur.

Videt modò infelix Princeps, videt (opinor) suos & defuncti fratris conatus omnes, mortem, discrimina, quæcunque subiit, id tantum promouisse, ut respublicæ in Gallia crearentur, populi armarentur, administrationis forma mutaretur, nihilq; spem ampliorem sceptri ad familiam suam transferendi exinde retulisse. Quod quidem mihi libertatem faciet in hoc axioma erumpendi, Nihil esse tam facile, quam rupto aggere stagnanti aquæ, impetu præsertim factæ illuuionis adiuuante, viam pandere: data autè porta torrentem arte regere, aut vbi velis, sistere, illud demum arte omnè superare, nisi principio de modo & ratione mature præspexeris.

Mi iuste, si iam ferret animus ipfif
 mæ confusionis iconem videre, graphi
 profectò in parte illa depictam cerneret
 Dux Mænius primus sibi author fuit no
 minis, *Generalis regni, & Corona Galli*
Legati. O lepidam Chimæram! est ne ip
 tur Legatus, sine capite legationis? Quo
 nam verò istuc capitis fuerit, si Rex no
 est? Regem verò pollentissima pars e
 rum auersatur. Ad statum quod attine
 de statibus quidem in Gallia, de statu
 rò ne fando quidè auditum est: aut si d
 ctus est status numero vnitatis, Regis
 Status eius facta demùm mentio fuit. Quo
 casu, nomen illud obsequij fuit, non in
 perij: væ cordes isti ponūt à capite: Adh
 pleriq; omnes Chimære huius Admin
 stratores Legatorum Regis & Ordinis
 questris nomine proclamatur. Cuius
 tem Regis? Dementes illiusne, quem
 lerata manu contrucidastis, huiusne, qu
 abiuratis, an alterius cuiusdam in Gall
 nascituri? Consimiliter ex consequen
 quicunq; illorum Regis Officiarios
 vicem aliquando gesserūt, vtputà, qui R
 gi à sigillis erant, Curie (quas Parlamen
 vocant

vocant) Camerae ratiocinij, Iudices, Tri-
 buni ararij, & quotquot monarchiae fue-
 runt adminiftri, ordini suo & loco renū-
 tiare nolunt, vt pofteant populi (vt fic di-
 cam) creaturas: nec modum tamen indi-
 pifci, nec viam inuenire eius conferuandi
 queunt: ac ne fciant quidē, quid pronun-
 tiant. A Rege, non audent aperte: à popu-
 lo, nolunt: a D. Menio, minimē omnium
 volunt. Ex regni enim constitutionibus
 neminem à fummo magistratu tenentur
 agnofcere, qui quidem fummo iure præ-
 fit: adeo vt non minus inter illos de con-
 ceptorum verborum formula, quàm de
 rei fumma, laboratum fit: tantæ molis est
 hæc noua Sphynx vltro accerfitæ cōfu-
 fionis. Iam verò quàm multiformes im-
 perij formæ? quàm multæ species contu-
 maciæ? quantus in iudiciaria aliqua for-
 ma fibi constituenda labor? O te infeli-
 cem huius nauis gubernatorem! non tibi
 femper in vtramq; (quod aiunt) dormire
 aуре licuit. Non abfimile tibi accidit ab
 imperito logifta, cui, difpofitos ordine fu-
 pra mensam numeratorios calculos in-
 ueniēti, fi cōtingat eofdē manu con-

fundere, vertat, inuertat, ponat, reponat
quantumlibet varijs ordinibus, eundem
certe numerum nunquam comperiet, ni
si eadem rursus serie & ordine cõponat.

Prima quidem regalis Columna, quã
ista Democratij bipennis euertit, Iustitia
est. Continuo post enim ad euertendam
Parlamentorum auctoritatem, singulis
in vrbibus ex infimis quibusq; hominib.
Comitia componunt, ad quos omnem
iudiciorum potestatem deferunt. Lutetiã
que sedes est imperij, ad exemplum ceter
re se componunt omnes. En tibi subito sua
singularum vrbium respub. confurgit: sin
gule vrbes, que tantum vectigal pendunt,
quantum libet, in sumptus publicos, nõ
nisi pro arbitrio, erogant: non presidium,
non prefectum, nisi qua lubet conditio
ne, recipiunt: si nobiles intersint, vt maxi
me sint Lotharingici, mutire aliquid in
ciuem, non illis profecto impune licue
rit, multoq; tunc foret illis cõsultius Ar
gentinã, aut Bernã domicilium habere.

Tres passus de via digredi iam liceat,
vt recta ratione fatuas istas vrbes (si mo
do capere mea verba poterunt) doceam,
nouum

nouum istum cōstituendarum rerump. studium, non minus ordine & recta ratione, quàm in suo illo duce & antesignano ambitum regni, destitutum fuisse: vt digito tangant, nullum vnquam, qui satis sanus esset, consultorem ipsis fuisse, nec in ijs sitū esse aut eò peruenire, aut, si peruenierint, diutius illud imperiū retinere.

Maiores nostras ciuitates, vnà cum incolis, necessario ita compaginas esse oportet, vt satis in se præsidij habeant, nō modò ad delenda penitus monarchiæ vestigia, sed etiam in suam ditionem, imperiumq; redigendam circumiacentem omnem campestrem regionem. In his cāpestribus præter Nobilitatem, quæ summi domini imperio assuefacienda est, vrbes sitæ sunt minores, oppida, vici maiores mœnibus cincti, in quibus (vt latè patet Gallia) maxima est hominum multitudo. Hi omnes populi, nisi vi cogantur, licet vrbiū metropolitanarum exemplo, & earum auspicijs Principem suum eiecerint, non idcirco celerius neq; libentius illarum magistraturā recipiēt, quàm D. Manium pro Rege se gerētem admit-

tent, quicum tamen illis in excutiendo monarchiæ dominatu pulcrè conuenit. Sin autem regiam viam ire sinatur, idem illud magnarum urbium exemplum oppidula in eandem reip. rationem & formam reducturum est. Ita gradibus quibusdam eò deueniemus, vt ne viculus quidè in Gallia reperiatur, qui summos sibi fasces non vsurpet. Sitne hoc *cum tunc diuinitis*, cuius iudicandum relinquo. Exemplum tamen etiamnum hodie in Germania, in Heluetia, in Belgio habemus, vbi nullam non liberam urbem inuenias, quæ suos urbis præfectos, suos Officiarios, suos deniq; supremos iudices separatim non habeat.

Non satis. Demus enim metropoles Prouinciarum Regem expulisse, Nobiles omnes & Patritios ad internecionem deleuisse: vnicuiq; suam dynastiam & satrapiam recuperatam esse: adhuc hoc restat, vt administrationis formam aliquam sibi sumant, & vinculo quodam Iustitiæ inter se contineantur. Singulis Prouincijs suum Parlamentum fuit hætenus: hæc nunc ratio obsoleuit. Aurelia Lutetiam non

non agnoscit. Quo enim iure, quæ proprium Regem pro legitimo suo magistratu recusauit, Sedecim virum cōsilio, aut Præfecto mercatorum sese subijciat? Annon etiam summum sibi ius & imperiū ex æquo vindicare potest? Quid Rhotomagus? quid Lugdunum? quid Bituriges, quid Tolosa, quid Troia Campaniæ Gallicæ, quid Diuiodunum, quid aliæ innumerabiles? Quid? Dicamus etiā, Prouincias Prouincijs, Præfectos Præfectis ex dimetiente oppositos, quæ spes concordia? Si de iure vtrinque lis est, quis futurus arbiter? quis superior magistratus? Hic sese offerunt longi anfractus, longæ ambages, magna in medio cursu discrimina, tanta impedimenta, vt non nisi, qualis inter fures nundinarum tempore, consensus seu potius ad omne scelus coniuratio, speranda sit. Bene enim facere aut probū esse, vix ac ne vix quidem in tanta *ambiguitate* locum habet.

Luculentum sanè prauū non recti hominum genij argumentum: quāto fit maior boni ad bonum accessio, tāto melius, quāto plura malis mala adiungun-

tur, tãtò deterius se res habet: Nã hïc mille homines non æquipollent vni; non q̃ in vno capite plus infit tũm bonitatis, tũ sapiẽtiã, quàm in mille, sed quòd saltem scelerum & stultitiã minus.

Audite populi: Si quis vestrũm hoc axioma legerit, calumniam esse vociferabitur, quã ad sanctum illud fœdus vestrũ frangendum dirigatur: vos non ire inficias, Regi necem à vobis illatam: huic obedientiam denegauisse, singulis in vr̃ibus sup̃remas Curias erexisse, Parlamentorum auct̃oritatem irritam fecisse, regni administr̃os & municipes immutasse, inter vos, quicquid ad popularẽ dominatũ requiritur, constituisse: non autem idcirco vel per somnium vobis vnquam illud in mentem venisse, vt Republicanis essetis, aut vt Regẽ, Nobilitatẽq; repudiaretis.

Si secus est, quàm dico, quid igitur nũc facere cogitetis, amabò, dicite. Si speciosissimus etiam finis designationis consilijq; vestri specie rationis destituitur, quã aliter conceptum vestrum diuinaremus. Si enim vestrum in Catholicam religionem summum zelũ obijcitis, κακὸς ζήλια est.

est. Si quando vobis lectus est de Iudæorum furijs Iosephus, quos tam præclare imitami, tumultuarios illos Hierosolymitanos hoc nomine gloriatos fuisse, comperietis. Atqui excusationem haberet iste zelus, si nunc demum sub Rege Hugonotto cœpisset. Quod nã illius vobis argumentum fuit, sub defuncto Rege superstitiosissimo (penè dixerim cum bona venia tanti Regis) Archimonacho & Catholicissimo: (non potest nõ malum aliquod verbum effutire, qui sceleri vestro irascitur) immò hoste omnium, remota omni simulatione, in Evangelicos acerbissimo; Negari non potest. Concedite ergo, si in fanatica illa vestra phrenesi nullam habetis Reip. designationem, nullam certe omnino vos habere: quòd si nullam habetis, dicam ego vestro furore vos in precipitium abreptos (ita factum vestrum nominare liceat) unde remigrandi emergendive non fit facultas, nisi in pedes (vt sic dicam) vosmetipsi surrigatis. Eo enim diutius statu esse, quo estis, ἀδύνατον: pergere ulterius, negatur: necessario igitur aut perire vobis, aut parendum. Ordo re-

gni

gni in Gallia ita vetustus est: tam indiuiduo inter se nexu partes eius omnes continentur, vt dilacerari, distrahi, vsurpari: vt prouinciam hanc ab Hispaniarum rege, illam à Duce Sabaudico, tertiã à Lotharingico diripi posse: vt deniq; dominum quidem vestrum à vobis in latronẽ, Regem vestrum in tyrannum mutari posse, facile largiar: at tanta rerum in perturbatione sine fide, sine lege, sine rege, sine domino, vestro deniq; arbitrato, & ad libidinem seditiosorum, ad nutum furiosorum, vt stetis, vt viuatis, vt diu sic viuatis, fieri non potest. Non erit Status iste diuturnus.

Nequid confingam, vobis perinde accidit vt querulis vxoribus, aut quibus nõ bene cum viris conuenit: quàm citò distractos à Rege vestro, qui in vicinia sunt, æmuli nostri imperij, vos viderunt, quòd non longissimè absq; nutatione vos pedem moturos esse spes esset, statim procarari cœperunt, suas in miserum & calamitosum vestrum statũ lugubres nœnias mittere, consolationes, officia, obsequentiam deferre, donis & largitionibus demereri:

mereri: multis etiã locis vos inuisere cupierũt, per Britãniam Gallicam, per Occitaniam, per Picardiam, tentaturi si quo pacto amantium amorẽ ira redintegrare possit. Ab hoc primo insultu satis vos (Deo gratia) feliciter expediuistis. Nullis vestris onustos spolijs, nulla re à vobis extorta, nisi gratiola quadam apud Britones, nisi basiolo in Picardia. Lucri ducũt, adulteri, non se prima fronte repulsam à vobis passos: immò ad colloquium admissos. Sed ne dubitate, veterator ille Castilius callidior est, quàm vt se tam facile patiatur repelli. Iam pridem callet illud,

*Obsequio facili tandem sibi seruus herile
Imperium, & fido comparat officio.*

Quo autem loco, quo numero vos post hac habiturus sit, si semel ambitiosam illam suam *Φαυρασία* dispendio vestræ libertatis explerit, intelligetis. Suspiciatior fidis vestris coniugibus, semel vt conclusos, Hispanico more, sub clauis & sera tenebit, prohibebit certè à nouarum rerũ molitione. Si mihi non creditis, percontamini saltem Parisienses, quã præclare recepto Hispanico præsidio, secũ agatur.

Atque

Atq; hæc est pars illa, in genere tamen
 καὶ ὡς ἐν τύπῳ cōsideratā, fœderatæ unio-
 nis, conflato progressu tēporis istoc mō-
 stri genere plurimorū ex confluxu mem-
 brorum, quæ, quòd ab initio δυσσευαίλογα
 temerè concurrerint, ita horrible illud
 nobis pepererunt. Non mirum, si multi-
 ceps fuerit, vt nouus serpens καὶ γηγενῆς ὄ-
 δρα: contraq; ὀλιγόπους, καὶ ὀλιγοβραχίων,
 adeoq; cætera omnia debilis apparuerit
 ingentis istius molis habita ratione.

De Duce Mænio satis iam multa. Post
 defunctum fratrem cūm loci & generis,
 tūm dignitatis & fortitudinis respectu,
 gentis illius facile princeps fuit. Sed quid
 iuuat in eo loco primas tenere, vbi ordi-
 nem desideres?

Princeps hic ex tribus fratribus vnus
 fuit animi moderatissimū, candidissimū,
 minimè omnium ad simulationem, ad
 ambitionem cōpositi. Huic rei argumen-
 to fuit, quòd in aula, superstite adhuc Re-
 ge defuncto, nunquam sibi illud impera-
 re potuerit, vt cum ad actiones, & obse-
 quia, tam ad seruilem propè orationem
 defuncti fratris sui sese componeret. Fue-
 ran

rant eius designationes magis intra cer-
 tos fines circumscriptæ, & quæ magis resi-
 perēt ingenium, quod suas omnes actio-
 nes sapienter nosset moderari. In re fami-
 liari nec effusè fuit prodigus, nec impen-
 sè auarus: nunquam obætatus: cætero-
 quin omnium hominum homo immo-
 deratè cupidissimus. Cuius rei frater te-
 stis locuples. Ex quo efficitur, vt multorū
 iudicium de huius genio, si quis postulas-
 set, nunquam illi credituri fuerint, in tan-
 ta re suscipiēda tam pertinacem, tā perui-
 cacè fore. Audiui (sed vt certum non au-
 sim affirmare) mortuo Guisio, penes Re-
 gē fuisse illum ab incepto retrahere, nec
 grauatè illud in se recepisse Mænum: sed
 arbitratus Lugduni in vitam suam non
 nihil tentatum, perspecto in super arden-
 tissimo multitudinis erga se studio, ac
 felici successu, quem Deus primo il-
 lius furori annuisset, hac specie delusus
 in contrarium studium abreptus est. Pau-
 corum sanè fuit ille conatus. Quem ve-
 rò ad modum initiò occasionem regnan-
 di sibi de manibus elabi siuerit, iam à me
 declaratum est: iam dicere, sibi nunquam
 talis

tale quid vel in studium, vel in cogitationem venisse, arbitror ab eius generositate alienum. Non minoris certe constabat illa molitio depellendi Regis e sede, quam ut ipse in locum subrogaretur. Compefcuit tamen illud desiderium vulgus, impediuerunt consilium (vt dictum est antea) ipsius agnati & propinqui, qui primū honoris gradum ei pro summa mercede detulerunt, merum imperiū nequaquam sic tot artibus victus expugnatusq; celsit.

Interea temporis passus est in excursu illo belli ciuili plurima *δυστυχία*: vrbes amittit, concitatam de se famam & existimationem vigilantissimi, strenuissimiq; Ducis multum ex animis hominū decrescere patitur. Ac sanè, quū sibi negotium fuerit cū isto belli fulmine Henrico IIII. qui victus iuxta & victor quiescere non potest, maiore certè nisu & molimine fuit opus. Ingentem exercitum amittit: solet autem vulgus ex euētū iudicare, culpæq; vni adscribere, quod illi, vt sola foelicitas, admirationi fuit. Tandem eò deductus, vt vnā cum existimatione spem quoq; regni amitteret: quòd etiam vide-
ret

ret populare iam imperium suum esse, (nisi dimidia ex parte,) desisse, populum vectigalibus exhaustum, quæ aut in rem suã ipse verterit, aut clientes partim profusione, partim rapinis dilapidarint, & etiam cerneret, nihil ab illis, nisi per vim, & privati in se odij declarationem extorqueri posse, mutare consilium, vt mox dicam, coactus est. Factum (credo) nollet, displicet. Multorum est hæc sententia, si cum Rege hodie imperate fuisset illi negotium, futurum, vt in tantam rerũ suarum desperationem non caderet, mollioremq; aliquam viam fuisse initurum explendarum libidinum suarum absque tam multi Gallici sanguinis profusione. Nunc verò, tam altè pelago huic immerfus, suam contumacia defendit sententiã: non iam hic incessus est, sed præcipitatio mera hominis, cum suam, tum suorum, tum matris, tum vxoris, liberorum, amicorum, quos eodem casu implicat, fortè & conditione negligentis: frustra id quidem, quippe quum ipse sibi spem multitudinis dignitatisq; suæ præciderit.

Si princeps familiæ istius, si confcede-

ratorum validissimū illud antemurale,
 si illorum nominatissimus, si qui cæteris
 auctoritate præpollebat, in præsidio &
 tutela sua regnum integrum conseruare
 nõ potuit, de cæteris in hoc negotio quid
 speremus? quantò minus spei restat illis,
 ex cineribus suis & Manibus Regem ali-
 quãdo Gallix quempiam excitatum iri.
 Ducem de Nemours, & fratres, natu mi-
 nimos D. Guisij filios intueor: conuerto
 me deinceps ad D. D. Aumalium, & Mer-
 curium: contemplor D. Ioysum, D. de la
 Chastre, & alios: (atq; hos habet solos do-
 mus isthæc Heroas,) eorum neminẽ be-
 nẽ natum regem animaduerto. Hei rem
 miserabilem! omnes enim cupiunt, pro
 se quisq;, viri. Quisq; sibi satis habet viriũ
 & præsidij ad discindendum, distrahen-
 dum, in contumacia obfirmandum re-
 gni aliquem angulum, quum tamen ne
 omnes quidem coniunctis viribus regni
 administratorem, seu Interregem creare
 possint: nullus eorum satis ad imperan-
 dum habeat auctoritatis: omnes tamen
 nimis audaciæ, nimis peruersi ad paren-
 dum studij. adeò vt necesse habeant, nisi
 sen.

sententiã in melius mutabũt, aut cuncti simul maiori domino (cui ius resignent) regnum diuendere, aut mutata in temp. regia maiestate, singuli in singulis vrbus, quas incolent, Urbis Præfecti (quem Maiorem vocant) imperio, quod per vires obeant, esse contenti, aut certè, regno membratim discerpto, singuli frustulum suum, vt olim Rom. imperij, Italiae Principes, secum asportare.

En tibi miserabilis illius distractionis in Gallia nostra nominatissimos duces. Iam apud exteros quatuor sunt maiora capita, quæ nobis quidem non cupiunt benè, quibus etiã oneri est Regis nostri felicitas. Hi sunt Rom. Pontifex, Hispaniæ rex, D. D. Sabaudus, & Lotharingus. Hæc legens, Iuste, meminisse poteris eorũ, que tibi aliãs in hanc sententiam scripsi, vt nostrum hoc sæculum cum proximo, quod sub defuncto Rege decurrit, coniungas.

Ac Põtifices quidem Romani ab hinc sex septemve annis, præter morem & ingenium studio in Hispaniã, quàm in Galliam cœperunt esse propensiore. Causa sub defuncto Rege fuit, metus, ne hic no-

ster, quem sibi hostem ducebant, succederet. Colorem certè non habuerunt nullum memores, præsertim iniuriæ pavor factus quem optima regni sui parte spoliarint & iniquissimè regi Hispaniæ adiudicaverint. Metuebant simul, ne regni semel factus compos, in rationem aliquando vocaret, cogeretq; cum in personis, tum in dogmatis suis reformationem acciperent. Non habebat etiam nullum hic metus πρόσημα, quum adhuc incertum esset, quomodo regnaret. Posteaquam autem Sixtus v. qui primo suo ad sedem aduentum tam horribiliter fulminarat, partim Regis Hispaniæ dominandi studium, semper Italiæ metuendum, & exitiale futurum detexit: partim huius molliorè vidit administrationem, quòd crabronem irritare & nulla oblata occasione exacerbare, iudicaret rem esse periculi & alex plenam, sub vitæ occasum, mitior fieri, & rationi audiens esse cœpit. Neq; sanè post id temporis macrobius fuit. Istène discat exemplo sapere, nescio. Si mihi pronuntiare li-
opt. max. iudicio in eum finem indurari, ut ipse

vt ipse cum toto Clero, tam multis indi-
 cijs implacabile in hanc Coronam odiū
 testatus Regi iustam offensionis ansam
 relinquat, qua demum suum hunc statū
 ab intolerabili illorū dominatione vin-
 dicet. Quæ (meo quidē iudicio) non con-
 temnenda, nec postrema pars foret refor-
 mationis, in quam etiam possem (si vel-
 lem) ex veteribus codicibus docere sub
 nostrorum regum nō paucorum domi-
 natu Gallicanam Ecclesiam consensisse.
 De hoc ipse viderit: plura enim fortasse
 dicere paranti mihi prompta excusatio-
 tione occurreret. Optarim tamen, & fa-
 xit hoc Deus, vt nobis ille vnus hostis
 opponatur.

Ad Regem Hispaniæ quod attinet, iā-
 pridem eius internos machinamēta lu-
 cent, & insidiæ. Primum scientia est non
 vnus status propria, sed omnium com-
 munis, alere, si fieri potest, inter vicinos
 dissidia ac dissensiones. Axioma est Ma-
 thematicum, *Quod alteri causa est motus,*
necessariò ipsum non moueri, perpetuoq;
quiescere. Eo modo distractus, ac proin-
 de debilitatus, minus metuendus est: de-

nique, inter duos altercantes, maximè
 quum ad plagas & vulnera res rediit, ter-
 tio spectatori facile est spolio gaudere.
 Consultus Hispaniæ Rex, non ægrè incen-
 dium domi nostræ excitatum vidit. Dum
 enim ad Lympham currimus, non licuit
 tædam in illum ardentem torquere. Id
 metuebat scilicet, nec obstante fraterni-
 tate, minimè certò statuebat, istine iu-
 niores Reges, fortissimi omnes, in iuue-
 nili illo ardore, nec oblata alia præda
 missum se facerèt. Quam ob rem ex om-
 ni tempore incendiarijs & irrequietis ho-
 minibus nostris semper mentum (vt sic
 dicam) & mentem erexit, eò quoq; partè
 auri Indici destinans, multò nobis certè
 ferro illo suo Iberico perniciosioris.

Sed alijs quoq; temporibus in Belgi-
 ca illa sua ditioe à D. Alenconio, & à
 Gallis infestatus, acturbatus bellum in
 Gallia ciuile in sui magis conseruatione,
 quàm in nostri perniciè exoptabat. Tan-
 dem tamen, vt vidit Franciæ omnes hæ-
 redes alios ab alijs extinctos, nostrumq;
 hunc posthumum Regem ad proximum
 Coronæ gradum hæreditario iure dedu-
 ctum.

ctum: tunc (sine dubio) suum formidans Genium, multis veteribus querelis cum illo intricatus, suos omnes conatus, suū omne ferrum & aurum in illum iam vertere decreuit: duplici tamē cōsilio: priori quidem, regni occupandi: altero autem, Regem hodie imperantem opprimendi saltem, & delendi, itaq; dilacerandi mēbratim imperij, aut in aliam certē manum transferendi.

Hic magnum latet mysteriū: vt enim perpetuus est diuisionis spiritus Satanas, Monarcha ille, cum principali suo in fœdere institore, tam nactus est multas in primo illo suo desiderio pugnas & contradictiones, vt nihil supra. Istuc verò eo, quo nunc dicam, modo. Post functū Regem Henricum vltimum, suum iam Gallicum regnum Lotharingici consalutabant. Si describenda sunt, quæ ad eam rē illis adminicula succurrebant, nacti sunt primū Lutetiæ ad belli gerendi opportunitatem montes aureos. Fidem superat, quòd expensorum in annum vnum decies septies centenū millium aureorum subducta ad calculū ratio est. Quod

verò popularem ad gratiam attinet, altera propè sub noui regis exortum facta secessio est, qui à primo die solus ferme remansit: ad eò vt, si quis tunc temporis, non dico de Hispano in Regē nominando, sed ne de viculo quidem in illius manus tradendo, sermonem iniecisset, stomachati fuissent. Ac facile adducor vt credam, si ex voto cessisset Arquensis illa pugna, Ducem Mænium tunc solum coronam reportaturū fuisse, nisi quòd in partē quoq; prædeuentionis socij veniebāt.

Vidit hoc Senecio ille. Vidit feroculos istos cōpetitores (qua sunt *αἰθραδ'εία*) nō facile in partem illum admissuros: esse igitur necessitate & inedia (qua solent accipitres suos periti aucupes) perdomandos, alioqui ad escam non venturos. Ita Mendozæ vnus ministerio primò quidē contentus fuit, cuius opera illorum animos & consensum in sacra societate confirmaret, non commissuros ratus tam prouidos Prometheos vt diutius *αἰθραδ'εία*, (quod dicitur) essent: tunc demum esse loquuturos. Exinde alij, secundis rebus & feruente (quod aiunt) olla, de Hispano

spano ambiendo non magnopere laborarunt: sed mutata velificatione facti sunt remissiores: ille Regis nostri qui cum priuatas inimicitias gereret, foelices successus reformidare coepit, adeo ut arctiorem inire coeperint societatem, consentientibus Guisianis, qui iam regni in familia sua conseruandi spe excidissent, ut Sixtus tunc Pontifex Romanus, Legatum factionis Hispanicæ mitteret in Galliam, cuius intercessione Gallorum animos ad nouum regem suscipiendum præpararet. Dicam *ἐν περίπτωσι*, quum isti omnes proci pro suo quisque compendio, varia quoque designata haberent, varios etiam suis actionibus vultus pro partium, quibus singuli fauerent, diuersitate, coactos fuisse asserere. Constat enim non alium in fine designatam Legati Pontificij in Galliam profectioem fuisse, quam ut Hispanicæ res promouerentur: (nihil fecius insanis urbibus boni publici, persuadendi causa, *περὶ ὅσων* obtrudebatur) ut sua item auctoritate Catholicos omnes à Regis latere distraheret.

Hinc necessitas, inde contraria felicitas

tas apparet. Gaudet Hispanus istos lente ad emendicandam stipem supplices venire: opes Asiæ pollicetur, pauca tamen, & lente quidem, ne latrantem stomachū expleat, præstat, vt cupidum irritandæ potius, quàm restringendæ illorum sitis, lenta aqualiculi sui destillatione, possis agnoscere. Ipsi ex aduerso, eius subsidio inescati, suam inopiã millies faciunt maiorem, clam de reconciliatione minantur: si se deserat, in discrimen tamen sese non coniecturos. Succedit artificiū. Timet veterator ille Senio, ne Rex inauguretur: quo perspecto isti rumusculos de industria spargunt, fasciculos literarum intercipiūt, Mendozæ, & Mandatori Moræo classicum canunt. Quid plura? festiuum est vtrunque gestus, & simulationes videre, illi quidem, vt pecuniam, subsidia & opes gratis eliciant Protheos agūt, iste, ne det ingratijs. Scopus illorum erat, Hispanicum auxilium: nihilominus aliam accepti beneficij, & impensarum gratiam referre non fuit propositum, præter Gallicum tumultum & discidium, quod quidem Hispano pro ampla mercede ducendum

dum esse dicerēt, q̄ hac ratione robur & incrementū hostis capitalissimi minueret. Huius scopus vltimus sanè protenditur: Non contentus enim Regis nostri exitio, ad regni inuasionem etiam aspirat, quò quidem ipsi non facile est ante peruenire, quàm Principes omnes Lotharingicos suos antagonistas, eorumq; fautores, deiecerit, atq; extirparit: quibus sanè vehementer dolet, quòd arationem & factionem tam diuturnā, tā laboriosam fecerint, vt messis ipsi integra relinquatur.

Interim Regi in Normania prosperè omnia fluunt. Vociferandi, debacchandi Ligarijs argumētum: numerare pecuniā adhæc bonus senex compellitur: Egue-
montium Comitem ad illos legatū mittit, cum rei suæ inter eos gerendæ, tum illorum debilitandæ, & aduersus Regē tamen adiuuandæ gratia, cuius (vt antea dixi) mirificè fortunam pertimescit. Nec ad gratiam tamen adhuc loqui videbantur. Omnes illorum orationes meræ gratulationes fuerunt, meræ hortationes ad zelū erga Catholicam Ecclesiam exhibendū, & ad gratis in causam publicam erogandum,

dum, quòd Catholicissimi Regis officij illud esse dicerent. Atqui sibi, non illi Aspendij isti cytharædi canebant: bonum verbum non erant loquuti.

Succedit autem Yurésis pugna, in qua cum auxilijs Hispanicis cæsus Ligariorù exercitus. Qui casus duces Gallos cum opibus exhaustis, tum ad desperationem sui in posterum solo suo præsidio defendendi adduxit: adeò vt ad vltimum Asylum fauoris & beneuolentiæ Philippi, iisquæ quas vellet, & quibus possent, ipsi conditionibus, victi necessitate confugerent.

Nec verò hac accepta clade tanta tamè Hispanici regis iactura, quantum certè compendium fuit, videre competitores suos Gallos, eò necessitatis adactos, vt ei tabulam (quod aiunt) rasam, albumq; calculum offerret. Mihiq; nullum dubium est, quin, si Bruxellis tû potius, quàm Escoriali fuisset, vbi & certior fieri quàm celerrimè de illorum statu, & rescribere posset, amplas cû illis, sibiq; vtilis cõuentiones initurus fuisset. Sed antequàm per tabellariorù reditû quicquàm certi (propter locorù interualla) acciperet, accidit in vrbib.
non-

nonnihil mutationis, quæ ab illo primo metu recreatæ, molliorem quandam esse conseruandi sui viam iudicarunt, quam vt inueterato hosti vñnum exponeretur.

Crescit periculú. Ecce Rex ima & summa Sequanæ fluminis occupat, ante Lutetiã famã celerius cù exercitu cõspicitur. Tunc cogitur D. Mænius in Belgiũ proficisci, vbi nihil in conuentionibus & pactis omittit: postulata omnia defert: sed in fundo (quod aiunt) parsimonia. Ibi verò satis (vt dixi) declarauit tam malè rem à se gestam, vt suæ factionis omnem potestatem in plebeios, & in ciuitates delabi sineret, quòd in illas non satis iuris & imperij haberet. Erant illæ, dũ isthæc geruntur, in specula, prestolantes tantæ obfidionis exitum, malebant patienter expectare, vt ex Parisiensium euentu sibi cõfulerent, quàm spe incerti, sibi exitum accersere, & in Hispanorum manus precipitanter se tradere. Quæ causa fuit, cur Mænius Bruxellis ad pedes Parmensis supplex factus, non solum ea, quam sustinebat, persona & loco, verùm etiam regni maiestate indignissima fuerit expertus: denique Generalem totius Status &

Coronæ legatum oportuit illi turpissimè supplicem fieri, qui præter prouinciarum Præturam nihil prætereà nominis haberet.

Ex libero fit seruus, qui aulam ingreditur:
ait Pompeius magnus, familiares suos alloquens, quum bello Pharsalico victus auxilium à Ptolemæo petendum iret. Victi, qui vacuis (vt aiunt) manibus, vicinis Principibus supplicat, tales vulgò Cretifimos experiuntur. Quam te illo die *ορμηαίς, & αἰσῶ* deuouere, Princeps, debuisti, quo tibi contigit, sub Regibus dominis tuis, tam multis præclaris ornato muneribus, tam remissè tam flagitiosè agere, vt huic regno, maiorum tuorum monumentis, tuoq; nomini, tam insignem hanc labem aspergeres. Supplicationes tamè, deprecationes, obsecrationes, pollicitationes omnes sine fructu erant, nisi res & causa veteris Castiliæ tyranni simul ageretur. Inter hæc enim litigia, Rex *μὴ δ' ἐπ' αὐτὰ Γαλλο-μεν* Lutetiam sic premit, & vrget, vt iam iam expugnanda videretur, quæ expugnatione secum in eandem calamitatem Ligarios omnes trahebat. Euigilat: Assiduus ille metus fortunæ & successuum
istius

istius belli fulminis magis discruciat v-
 nus, quàm omnes aliò qui seu imaginarij
 Religionis respectus, seu veræ, periculi,
 quod suæ parti imminebat, coniecturæ
 commouissent. Videbat hancynam de-
 bellatam urbem secum omne imperium
 trahere: & apud nos si incendium restin-
 guatur, iam pridem non nescit in ipsum
 tædam retortum iri. Attamè, vt prudens
 œconomus, cum emolumento suo non
 negligit terriculamentum Parisiensium
 suos in vsus conuertere, suoq; Vicegeren-
 ti nominatim mādāt, ne pedem moueat,
 nisi re Parisiensi (quod dicitur) ad triarios
 deducta, & extortis antè ab illis quæcun-
 que posset obsequiis & subsidijs. Et en-
 tibelum illum. Nec sanè dubium est in
 tanta animorum consternatione quid-
 vis ab ijs impetrasse, aliò qui nunquam
 alter ille pedem mouisset.

Quod quū hodie illis in os exprobra-
 tur, pernegant audaciter: negare autè non
 possunt, tunc temporis fasciculos litera-
 rum interceptos fuisse, quibus Hispaniæ
 Rex Mendozæ scriberet in hæc verba:

Dedi in mādatis Duci Parmensi, vti urbi

mea Lutetia succurrat. Hæc iam tum erat
 illius phrasis. Quin ita sit, soluta obsidio-
 ne, tanquam traiecto ponte (quod tri-
 to fertur prouerbio) Diuum Iudifican-
 occipiunt: audiui, qui asseuerarēt à Me-
 doza productum fuisse scriptum, & arti-
 culos ab ijs obsignatos, vbi miræ quædam
 essent conuentionum clausulæ: veluti, de
 Hispano rege salutando, de Præfecto re-
 gio intra mœnia recipiendo, de dandis
 ad Citadellam construendam locis ido-
 neis, vt alias infinitas plusquàm manci-
 piarias cōditiones omittam, quas ne Res-
 quidem ipse natiuus, cuius patrem inter-
 fecerant, victor, triumphans, adhuc en-
 sem ipsorum iugulo admotum tenens
 ab ipsis flagitasset. Hoc quidem pro certo
 non affirmo, quanuis à quodam illorum
 sectario, & quidem (hac vna labe excepta)
 honestissimo homine acceperim: nec mi-
 hi persuaserim certè in publicū illud de-
 decus totam urbem consensisse. Vt sit
 hæc inter alias Ducis Parmensis querelas
 vna fuit, vna etiā causa cur Lutetiam in-
 gredi recusaret: quam tamen publicari
 noluit, ne cunctis urbibus nostris ille de-
 mini

mini sui gratus & liberalis scilicet animus innotesceret, & quibus tandem moliminibus, quibusq; conditionibus Gallia in posterum auxilia pararet.

Parmensis igitur non minùs spe sua ingenti fretus, quàm heri sui metu adductus, vrbi propinquat ad suppetias ferendas, adeoq; fœliciter ei negligētia nostra conatus succedit, vt in os inuiētissimi omnium orbis Christiani Imperatoris, florētissimēq; Nobilitatis, ne vno quidē ex suis desiderato, ex angustijs vrbe liberet, de manib. eripiat, & cogat nos obsidione absterere. Quod tā certē turpiter fecissimus, quàm ille gloriosē vrgebat, nisi tum ille, cuius maximē intererat, in hoc fortunæ tentamine plus animi & fortitudinis solus (liberē affirmo) quàm vniuersus exercitus, exhibuisset. Quæ quidem res receptus nostri dedecus absterfit, qui sapiusculè tamen exerto capite factus est à nobis, quum hostem interdū per biduū certo loco operiremur, immo etiam in os alias ab alijs vrbes & oppida oppugnaremus: quod solum nobis in hoc nostro infortunio, reliqui fuit solatiij, quod acer-

bius vindicta diuina profectò fecisset, si
 pœnæ atque supplicij grauitate pecca-
 torum nostrorum merita, quibus se tan-
 tus noster exercitus durante obsidione
 contaminarat, compensare voluisset.

Temperare mihi non possum: stylum
 vrgere frustra melior: vnum mihi verum
 verbum necesse est *ἢ ἢ φύγη ἢ ἐπις ὀδύρα*.
 Negare non possum, Nobilitatem Gal-
 licam de nullo Principe præclarius vn-
 quam, quàm de hoc nostro, meritâ esse,
 quòd suis sumptibus, per tot discrimina,
 tot iacturas, tot labores & incommoda,
 est illi à lateribus, & regno suo recupera-
 do opem & consilium omne confert: quod
 in cæterorum ordinum media corrupte-
 la manet incorrupta, fidem ipsi inuio-
 biliter seruans. Hoc tamen fatendum est,
 impatientiam nostram, mollitiem, Gal-
 licum denique nescio quod temperamē-
 tum leuis ingenij, nobis ante Lutetiam
 insigne dedecus inuississe: quod autem?
 desperatas hominum quisquillas, baiu-
 los, sedentarios artifices, mulierculas, ca-
 lones, in extrema omnium angustia, ad
 famis cuiusdam horribilis exemplum re-
 ductos,

dactos, ne motis quidem ad querelam la-
 bijs, nulla lamentabili edita vocula, nul-
 lo etiam formidinis, aut deditiois indi-
 cio vel leuissimo dato, sex mensium obsi-
 dionem sustinere potuisse: tot interim
 Nobiles insignioris notæ, tot clarissimos
 viros vel quarto post die famis metu ad
 Chelles ante Hispani ora conspectumq;
 castra mouisse. O Galli, Galli, annum cer-
 tē solidum maiores illi vestri, brachium
 in fasciis religatum ex vulnere sustinuis-
 sent: longum ieiunium, ad tam præ-
 clarā diei vsuram perfruendam, liben-
 tissimē vouissent: vos verò pro inediola
 (vt mollissimē dicam) non puduit penē
 famam vestrā Spartaco illi recutito pro-
 stituere: pugnæ vtriusq; ad Grauelinum
 & Sanquintinum commissę vindicandę,
 tot proditionum, tot bellorū ciuiliū,
 tot insidiarū, tot malorum, quorū huic
 imperio vnus ille author fuit, semel i-
 pius sanguine expiandorum opportuni-
 tatem amittere? O Galli, Galli, vestri nūc
 Regis diadema, ornamentum, pacem &
 quietem cum illo vobis comunē, quæ
 omnia vnus diei labore recuperabatis,

de manibus elabi vobis tā fœdè tulistis, quum, tanti boni reparandi cœusa, vobis fortassè toto vitæ vestrę curriculo frustra sudandum & elaborandum sit: Sed desinamus plura: dabitur (fauente Deo) dabitur breui huius resarciendi probri oportunitas: aliàs fortiùs agendum.

Liberata Lutetia, sistit gradū Parmensis, negat se aliud in mandatis habere: Parisiënsibus multò maiorē libertatis spem, quàm cōcedatur, facit: clam in aurem suffurat, si ampliorem requirant, illam ut pretio redimant: tunc iniecti sermones de pollicitationibus conditionibusque Mendozæ, quo tempore in discrimine versarentur, oblatis: sed quasi aliud agentes facete se excusant exit. Quòd meus causa, & L. Amoto periculo. Ex eo bonus Princeps facile intellexit, nisi mulierculas & plebeculam verbo capias, diem ad deliberandum accipere. Urget, sed incassum: bellissima enim verba verbis repouunt: negant magnum aliquid esse ab urbe sua exercitum amouisse, nisi ea loca munita vi expugnet, quæ urbem suam in angustias redigunt: eo discedente, nō minus

nus, quàm antea, grauius, nouis cum laboribus & malis conflictaturos: istuc operis aggrediatur: posthæc de pollicitis verba se facturos. Hæc est communis Urbium vox. Hic verò cū Mænio, ijsq; quibus cum pactus esset, grauius exoptulat: obsecrat, orat, vti pollicitorum fidem effecto aliquo liberent, & tanti laboris, tantæ impensæ, fructum aliquem domino suo reponant: alioqui discessurum se re infecta profitetur: sed ipsi suam non vltius imbecillitatem dissimulare valentes, palam ei exponunt, simul monent, si discedat, si populus vrbesq; Gallig tam parum præsidij & momenti ab auxilio illo Hispanico reportent, aliàs istac spe lactari se non passuros: nec prima quâq; necessitate oblata, quominus sese dedant, impeditum iri. Hunc scilicet neruû mouebant, quoties aliquid ab Hispano emûgere animus esset: sed illi scilicet clarius hæc cantilena sonabat, quàm Parmensi Legato, cuius nō idem est scopus, non eadem designationes. Aqua tamen (vt dicitur) hæret. Videt se ab istac multitudine duci: multoq; minus officiû facturam, quò

pluribus periculis liberabitur. Metuit tamen, si subducat sese, ne despondeant animus, bellōve fatigati cū domino suo componant: qui summus & vltimus metus alterum illum herum suum incessat: adeò vt semiconuersus, moueat ad Corbellium exercitum, obsidendi causa, spe illa fretus, quam omnes ipsi facerent, futurum vt vel ad eius conspectum ima & summa fluminis oppida statim deditio- nem facerent, tanquam visurus, istisne locis captis Lutetia staret conventionibus: sed euentu doctus vtrobique dari sibi verba, cōstituit prorsus illinc mouere: quod & sine mora exequitur: ne prius claudit oculos securè, quàm Bruxellas deuenit: suis interim author est nobiscū de pace aut de inducijs agendi, quò conatus omnes exercitus nostri tota sequenti hyeme inanes & irritos redderet. Qua quidem in reminimè amplam certè laudem retulerunt: quotquot huic negotio sese immiscuerat, qui in actione tota Gallia tam necessaria, tam parum & candoris & studij attulissent. Sed aliena ab hoc loco ista tractatio.

Meum fuit institutum disertè pluribus explanare, quem progressum & ordinem tenuerit Philippus Hispaniæ Rex in rebus Gallicis, vt qui in eius manus venturi sunt aliquando, maturè possint de scopo ipsi proposito iudicare. Hoc axioma finiam, quatumuis cum nostro hoc Rege triclas habeat, quantumuis eius incrementa reformidet, nunquam tamen apertè negotium de summa imperij huius in se recepturum: nunquam ad eam rem suos illos sumptus & designata omnia conuersurum, nisi præsentem videat utilitatè, nisi Ligarios omnes velut mæcipia hastæ subijciat, nisi regni metropoles omnes sub iugum mittat. Econtrariò non concludo, si vincere & perdomare non potest, esse missos illos facturū, quin semper illis, qualemcunq; propulsandæ iniuriæ facultatulâ suppeditet, cum quò rebus suis minus consulant, tum etiam ne ad mentem saniolem reuertantur: sed vt, posthabitis omnibus, thesauros suos Indicos impendat conferatq; ad regnum Duci Mænio, aut alteri cuiuis conquirendum, aut certè ad Gallicas *Ἀποικίας* auctori-

D. Hessy
110.
regia
1791

*1741
d. f. g. h.
y. p. q. r. s.*
 auctoritate sua stabiliendas, non suade-
 bit hoc ipsi Senatus. Atq; illorum defe-
 ctuum, quos ij omnes, qui cum isto mo-
 narcha habent aliquid commercij, in e-
 ius auxilij ratione obseruant, vnus hic est.
 Sed & adeò decrepitus est, adeò effœtus,
 adeò pedem alterum in cymba habet, vt
 qui illi connituntur, tanquam caduco
 parieti hærentes minimè omnium tuto
 in loco versentur: qui si è viuis excesserit,
 Ordines eius tam multas habēt diuisio-
 nis notas, & documenta, vt domi sat ha-
 beant quod agant, nedum vt in nostros
 fines bellum inferre satagant.

Superfunt iam D. D. Lotharingicus, &
 Sabaudus. Illi, vt rem in pauca cōferam,
 similes sunt Turcicorum catellorum, ex-
 pectantium donec satur sit saburrato
 ventre immanis ille Molossus, vt frustu-
 la carniū ei possint clam suffurari. Vt
 enim non pauciores Hispano rege præ-
 dicare possint in Galliz vsucapione titu-
 los, ne hiscere quidem tamen viuo illo
 ausint: sed eius obitus non mediocrē in-
 ter illos tum transmontanā tum cismon-
 tanam tumultuationem esset pariturus:

diffi

difficileq; foret, vt Infantes (quas vocant) Hispanicas, aut natum puellum ea obseruantia colerēt, qua nunc erga Seniores sunt affecti. Seminaria hæc omnia dissidiorum, quæ pullulabunt aliquando, & plura (si Deus volet) εἰς ὅμιλον profeminabunt: ac dabit ille forsan, vt nostras etiam spectantium vices geramus, aut certe si actores sumus tragædiæ, in ipsorum, non in nostra scena actum illum agere contingat.

Et ecce καθόλου καὶ κατὰ μέρος, cū Regnicolas, tum alienigenas omnes à nobis enumeratos, quotquot aliquantam Regni nostri particulam controuertūt, nobisq; pestiferam hanc hydram execrandi fœderis, genuerunt, fouerunt, pepererūt, aluerunt. O si saltem eorum aliquis existeret, qui non dico regere imperio populos hoc nostro fœlicius & laudabilius posset, sed qui vel regnandi capax esset, cui sceptrum socij non inuideret, cui omnes parerent, qui urbibus adimeret nouadatum rerum facultatem, qui afflictum populum subleuare, qui Ecclesiæ Nobilitatiq; satisfacere, qui suam quemq; in stationem

tionem & ordinem restituere, qui regni
 vniuersitatem defendere, qui partium di-
 stractionem impedire, qui iustitiam in-
 staurare, qui violentiam & latrocinium
 exterminare, eliminare, profligare posset,
 qui denique tantillam regiae virtutis par-
 ticulã haberet, dæmonomaniã hanc cer-
 tẽ quodammodo excusarem, furijs istis
 errorem suum condonarem, quòd inui-
 ctissimum suum Principem, pietate, pro-
 bitate morum, iustitia, rerum usu floren-
 tissimum, ad regnum administrandum
 sapientissimum, ad tutandũ, propugnandũ
 q̄; fortissimum permutare vellent
 cũ nescio quo exotico silicernio, decrepi-
 to, morbis & senio iam confecto, aut cer-
 tẽ cum pueris corpore & animo malè fe-
 riatis, aut cum Regulis nescio quibus nul-
 la auctoritate, nullis viribus instructis, sa-
 tis etiam contra colluctatores suos, con-
 tra amicos & socios inualidis, nedum vt
 hostis impediendis illis impediatur. Sed
 ferre non possum in tanta sapientum, aut
 tales haberi cupientium, corona, nemine
 tamen illorum omnium existere, cuius
 consilia aliò ferantur, quàm ad destruendũ,
 dum,

dum, ad perdendum, ad dissipandum, ad
 distrahendum hoc corpus imperij, quasi
 in eo summum suum bonum situm esse
 credant, vt pessundēt, vt funditus deleāt,
 quando hæredem ipsum regni de posses-
 sione deturbare aliã viã negatur. Hei mi-
 seri! itane igitur constabunt vobis inter
 distortores istos & carnifices (si voti com-
 potes fiant) reliqua vlla Nobilitatis, Eccle-
 siæ, populi, urbium vestigia? Peribit certè
 in vobis Gallia: quã Hispanus, quã Lotha-
 ringicarum hic partium, ille Sabaudica-
 rû, ille Ducis loysij præfecturæ colonus
 in Tolosanam Dynastiam erectæ, ille Au-
 relianensis Democratix ciuis, ille Duca-
 tus Biturigësis, ille Picardicorum canto-
 num. In summa, belli homines eritis. Se-
 data tempestate, sit' nē liberis vestris inte-
 grum futurum, ex contractis huius nau-
 fragij tabulis vel vilissimam scaphulã re-
 fingere, ignoro: hoc tamen vobis asseue-
 ranter dicam, vos, qui naufragij illius ta-
 bulæ per vndas natabitis, magnam esse
 fortunæ aleam subituros.

Reliquæ duæ partes, quæ sæculo illo
 florebant in Gallia, Regis (inquam) de-
 uncti,

functi, hoc est γνησίωυ Francorum (sic enim nominare liceat) seruatorum ac ciuū Principi suo fidissimorum, & vnicam Francicam Coronā, atq; Lilia respectantium, & Euangelicorum pars, quam oppressio certè & vis illata iustam faciebat hæ (inquam) geminæ partes in vnam, in augurato hoc nostro Rege, coaluerūt: potestrema adeò penitus fuit extincta, vt viliam idoneam vel legitimam distinctioni non sit locus, sicut posteaquam desæuijt persecutionis tempestas, iniquum foret vt in eo quod forum politicę respicit, corpus in regno seiunctum & separatum illi constituerent. Si pro eo quod ad forum conscientię attinet, nondum impræsentiarū queunt, ordinem suum immutare, alterius hæc res subsellij. Vt igitur à me obseruatum est, populum & Ecclesiam, quæ duæ tamen partes minimū oneris in monarchia sustinent, perduelles Ligarios in tutelam suam & fidem recepisse, eorūque partes tueri: pariter etiam Nobilitas nostra, quæ absq; monarchia hanc vitalem auram trahere nō potest, penitus in partem Regis se coniecit: adeò vt (redeamus enim

enim ad propositum) pro eo quòd olim tripertita erat Gallia, donec integra fuit imperij nostri forma & constitutio, nunc eadem ex animis plerorumq; ciuiũ nostrorum deleta & oblitterata, duæ, propriè loquendo, nobis vnica restent, Nobilitatis præcipuorumq; Ecclesiæ membrorum vnà conspirantium ad Regiam dignitatem stabiliendam, fulciendamq;, & Tertij ordinis (qui plebeius est) cū reliquiis, & tota illa Cleri colluue hunc ordinem inuertere studente.

In hoc autem, contrà quàm in altero illo, non modò plus est ordinis (regni enim ordinem complectitur) plus iustitiæ ad conscientie tranquillitatem & nutum eorum, qui ad illum pertinent: sed maior etiã securitas. Saltem enim Rex (si hostes exceperis, quibuscũ de iure manu & ferro conferit) de suis neminem habet, qui cū eo de gradu, de ordine, de iure, de merito imperio contendat. Nemo nouationẽ imperij meditatur: adeò vt (quod ad personam Regis attinet) res sit in vado: ac dũ modò victoriã ex hostibus reportet, nihil sit amplius quod facessat negotium:
quum

quum viceversa, vt demus alios Pancreatio victores, nascitura tamen inter illos bella ex bellis de hac funesta victoria, certo sit certius.

Locus hic iam esset Regis, qui nūc nobis imperat, describēdi, eorumq; quibus nunc vtitur, instrumentorum. In magna tempestate, maximum est illud fiducia argumentum, gubernatoris perspecta & explorata artis suæ scientia. Ac quemadmodum ordine de pyratulis istis omnibus verba feci, ita ratio postularēt, vt, qualisnam sit noster hic legitimus Princeps, demonstrarem. Sed, quæcunq; vera dicerem, non longè tamen ab adulatione, si omnia adferre propositum esset, abforēt mihiq; vt ista scribere, sic tibi (mi iuste) legere indecorū esset. Dicam saltē, quod aliās à me dictum memini, & quod huic loco putauī esse opportunum.

Illum igitur vt vnico penicilli ductu tibi, iuste, depingā, dico, Regem esse bellicosissimū: ac suadeo cuiusq; animus fuerit vicino colluctatori eum in arenā prouocare, domi nihil ad *πεινοπαλίαν* reliqui faciat. Ad indolem quod attinet, vegeta

geta est adeò, atque practica, vt cuicumq;
 tandem studio incumbat, totus sit in ea
 re positus, nō nisi vnum agens, vni vt plu-
 rimūm rei intētus: diciq; propterea vnus
 meritò potest, cui in præsentī negotio mi-
 nimè omnium (opinor) labi, errare, falli,
 decipi contingat. Prolixam deliberatio-
 nem ad vrgens negotiū adhibere, ei pro-
 fectò difficile est: Quo fit, vt in bellicis ex-
 peditionibus, & facinoribus omniū pro-
 pè admirationem superet, quòd agere &
 deliberare in idem tempus concurrant,
 ac ad vtrunq; omnem iudicij sui præsen-
 tiam adferat. Sed in consilijs ijs, quæ tem-
 pus postulant, sanè opus habet monito-
 ribus: quod eos, qui sunt ipsi à consilijs,
 latere non debet, suum vt animum ex in-
 stanti aliqua designatione (ad quam to-
 tum iudicium conferre solet, non antè fi-
 nita priori, quàm indefesso labore poste-
 riorē arripiat) ad sedem suam reuocet,
 illum vt imperiat maioris cuiusdam ha-
 litus, & lōgioris subsellij tractationi. Hoc
 tamen vnum, quòd eius Cōsiliariis me-
 ritò satisfaciāt, habet non illaudabile, nē-
 pe, quamuis rem aliquā animo nec præ-
 ceperit,

ceperit, nec ad eam se cōparauerit, si ta-
 men à Consultoribus ipsi post maturam
 deliberationem, nudè & disertè repræse-
 tetur, ita rem acu tangere solers, ita per-
 spicax est veri in eo consilio aut falsi, ita
 sagaciter odoratur, quid nimium sit qui-
 parum in proposita sententia, vt præmo-
 ditatum accessisse iurares. Vidi qui res
 aliquam magni momenti, ipsi antè
 fando quidem auditam, communicantem
 cum ea opinione ab illius conspectu dis-
 grederetur, quòd præmonitorem habu-
 set. Sed manat hoc ex incredibili quadam
 animi celeritate, Deo ita aliud alio
 hoc Principe benignissimè compensan-
 te. Princeps est vnus præterea omnium
 facilimus ad credendum omnibus, quo-
 rum opera vtitur: (laus certè magnorum
 omnium, animorum perpetua) vnusque
 minimè omnium illis (ne ad infimum
 quidem vsq;) in suis cuiusq; functionibus
 & muneribus importunus: quòd ipsi vt
 deatur aliquo semel ad quodpiã munus
 adscito, integrum opus eius fidei & integ-
 ritati sine vlllo impedimento & remota
 committendum esse: adeò vt, hoc affe-
 ment

mem, si, qui eius latera stipāt, maximè qui honores apud illum obtinent amplissimos, bene & feliciter rem aggrediuntur, tantum per illos staturum esse, nisi quem velint ordinem & dispositionem negotijs curæ suæ demandatis, adhibeant. Ad hoc enim præbet se minimè morosum, minimè difficilem, nihilq; est, in quo tan to pere solidam gloriam sibi quasi suo iure vendicet, quàm in præcipuis bellicorū facinorum laudibus, tum quum in equo est. Hic enim, quamuis duces suos alios ex alijs palpet, gestit tamen suam probari, laudariq; sententiam. Ac sanè nemo illi non iniuria bellicas illas laudes detraxerit: sed in reliquis, utpote in rebus iudiciarijs, in iure fisci, in externis negotiationibus, in diplomatū & libellorū expeditionibus, in Statu politico, quòd agnoscat & fateatur non eò se totum hoc tempore omnes animi nervos posse contendere, dat ijs assensum, quibus illa cure fuisset videt, maximè cum magnam ijs fiduciam habet. Vnde hinc ausim liberè pronuntiare, nullo pacto excusabiles esse, nisi res politicas ea prorsus methodo, quæ

H optima

optima videbitur, administrent, nulla e-
re maiorem voluptatem percipiente do-
mino, quam exoptimè instituta, seruata
omnibus probata & laudata rerum om-
nium *Αριζία*, cui manus dare & summit-
tere sese nostro huic Principi multò faci-
lius est, quàm de integro instituere, & præ-
scribere. Nec certè non est rationi consen-
taneum, ab hoc vt onere (quantum fieri
potest) leuetur.

Si præterea dicendum aliquid de mor-
ribus est, ab ineunte adolescentia, natus
fuit insimulatus, à quo tam certè alienus
est, quàm à quacunq; labe, quæ in eius in-
dole possit esse notabilis. Genus ipsum
physiognomia, sermones, acta bellica ma-
gis & militaria, quàm alterius cuiusdam
generis, leuitatis nomine faciunt suspen-
ctum: nihilominus siue arte, quæ naturam
emendarit, seu vera & naturali propen-
sione, nihil illo constantius, nihil propo-
siti tenacius, à quo non antè diuellitur,
quàm ad exitum perducatur, idq; ad veram
vsq; vituperationem pertinaciæ. Magnus
quispiam Gallia Princeps semel occasio-
ne quadam illi in probrum obiciebat
vitium

vitium leuitatis: A quo se vt purgaret, domesticos omnes ministros, seruos atrienfes, cupediarios, panarios, cellarios, equifones, ac propè dixerim omne feruitium accerfi curauit: nemo ex tanto numero inuentus est, qui nõ aut feruiuiffet olim, aut ex vernaculis aui, proaui, fuiq; ipsius adhuc in cunis vagientis, prognatus effet: ille alter hic hæfit, obmutuit, quum foret ipse tertio quoq; mense famulitium mutare. Contra nullum in hoc Principe notatur exemplum ferui aut ministri alicuius atrienfis domo expulsi, aut amoti, licet apud illum nõnulli (quod aliter vix in bello ciuili contingat) non omni fufpitione vacarent.

Auaritæ quoq; fuit infimularus: ac fanè difficilimum erat fecus se rem habere, præsertim cum Principi impensius magnifico & liberali succederet. Ac fortassis illæ fortunæ, illi casus quos in ætate illa dapfili & ad liberalitatè profusa pertulit, hanc multorum animis fufpicionem iniecerunt, necessitatè illi parsimonix magistram fuisse. Hanc labeculam non negarem, si de eius veritate magis cõstaret.

Siue domo in priuata, seu in regni œconomia, argumētum est mutati in melius status, quando profusis dominis succedit parcior hæres. Nullū tamē Principē meminī, qui lautius ac splendidius rem suā familiarem administrarit, qui seruis suis melius aut liberalius prospexerit, aut qui pauciora recusauerit. Nihilq; inter defunctum & hunc interest, nisi quòd ille magnificis largitionibus potius quàm vitiis & necessitatibus suis inseruiret; hic non faciet: ille paucis multa simul ac semel erogabat; hic pauca multis. Tandem enim reperias plura largitum esse ex quo regium culmen est adeptus, quàm illum antecessorem suum sexennio toto: Sed illius magnificentia cum Nobilitas in genere, tum nemo nō fuit particeps, cuiuscunq; tandem operam adhibuerit. Quæ porro in illo sunt præclara & laudabilia notatis eius vitijs, nolo prætermittere. Est inter alias dotes hæc paucis Principibus, quos æquus amauit Iuppiter, cū hoc nostro communis. Non est monitoribus asper: auriculas teneras mordaci rodive-ro patitur: Magnum certè verbum, & vis apud

apud multos fide dignum. Sicutamen se-
 res habet. Neminem vnquam veri, quan-
 tumuis audaculi & liberioris sermonis
 pœnituit, præsertim si ex amore & bene-
 uolentia profectum agnouerit. Indigna-
 bitur, respōsabit, amariusculum aliquod
 verbum, quod dictauerit splendida bilis,
 regeret. Sed hoc hæctenus: non serpit ma-
 lum latius: nemini idcirco deterius est.
 De ijs loquor, quos dignitas & officij ra-
 tio in familiaris colloquium admittit.
 Non cuius hanc libertatem facit regis
 alicuius magni tum reuerentia tum ma-
 iestas: sed, qui in eo, quem dixi, apud hunc
 nostrum loco sunt constituti, nullam ex-
 cusationem habent, si malum quod vi-
 det, ipsi tacent. Patitur se moneri: vtq; vi-
 deatur ipso instati factus offensior, & mo-
 nitione aspernatus, cogitat tamen, & de-
 mū prospicit. Vtut sit, bonis liberè, quod
 velint, sentire, & eadē libertate, quod sen-
 serint, pronuntiare hoc nostro imperan-
 te semper licebit. Cuius rei hanc vnā pa-
 ginam testem laudo, quam sub alio Prin-
 cipe scribere fortasse tutò non licuisset.
 Quæ quidem indoles non nisi in bonam

conscientiam cadit, quæ integrarū actio-
num sibi conscia, verborum libertatem
non reformidat: quū contrā, vitiosi Prin-
cipes veram sententiam nunquam aut a-
mori aut studio, quo sis erga illos affe-
ctus, tribuere, aut in bonam partē inter-
pretari solcant, sed crimen illis aliquod
hac ratione exprobrari, aut vitium suum
publicari putent.

Vita porro, & actiones sic illustrant, ut
vel hoc vno nomine, quāuis in cæteris re-
tus vitijs (ut sic dicam) ater esset, nihil om-
nis laudandus merito censeatur. Liben-
tius enim inimici, nos verò non sponte
confitemur, neminem vnquam clemen-
tia, mansuetudine, ad veniam, ad *ἀμνηστίαν*
κακίας propensione fuisse superiorē. Nam
ut leo non nisi dente & vngue, leo est, et
quus pede, cornu taurus, cauda scorpionis
sic Princeps sola crudelitate formidabi-
lis est. Si meticulosus est, duces habebit
fortes & magnanimos: si voluptuarius
dum saltabit & tripudiabit, sapiens ali-
quis eius negotia gerenda suscipiet: si auar-
rus, tandem tamen sibi (velit nolit) cogetur
esse liberalis: sibi autem hoc est re-
publicæ.

publicæ. Si prodigus, sua paupertate subditos ditabit. his omnibus præsens est remedium. Sed si semel immanis, vindictæ cupidus, ferox, appetens sanguinis euaserit, nemo resistet: nimij res est periculi. atque hæc est postrema Tyrani nota: quod licet nomen malis omnibus Principibus vulgò tribuatur, cum tamen qui sit crudelis & sanguinarius, peculiariter designat, quasi dicas, hyperbolicum vitium in Rege, & quod in eo maxime omnium sit pertimescendum. Ab hoc nostro nihil istiusmodi metuendum: atq; haud scio de hac re loquenti nihil ne mihi vltra dicendum sit. Nisi mea me prohiberet erga ipsum reuerentia, quæq; mihi dignitatis ipsius habenda ratio est, impediret, & si insitæ mihi libertati expatiandi longiusque euagandi locum darem, maiorem mihi vituperandi, quam laudandi clementioris huius animi materiem suppeditari posse existimarem.

Fateor in bellis civilibus, notam felicitatis & indiuiduam comitem habitam semper fuisse clementiam: sed cuius maxima semper post partam victoriam, post

finitum bellum, nec verò antè, opera
 effecta proferatur. Tum demum vera est
 clemètia, non autem in ipso discrimine
 in quo mansuetudo timiditatis aut me-
 tus talionis, calumniæ potest esse obno-
 xius. Erigendi sunt vieti, sed penes quos nu-
 cendi facultas est, deprimendi: aliò qui pe-
 rit omnis magni & excelsi animi splendor
 cuius proprium est tanta in resistentem
 & rebellantem uti violentia, quanta in eum
 qui arma posuerit, facilitate. Satis tibi ta-
 men pro merito, Iuste, Principis huius si-
 gularem quandam clementiam delinea-
 re non possim, quam nec educatio inter
 cædes, pugnas, bella, cruores immutare
 vnquam valuit. Clementiam appello: sed
 sanctè profiteor, si tantum daretur licen-
 tiæ & audaciæ, nomen ei aliud esse tribu-
 rorum: rationem enim & modum super-
 rat. Vidi horæ momento post partam vi-
 ctoriam, tantam fuisse hostium colluviem,
 ut vix à nostris discernerentur. Ad horam
 somni, expergefactionis, prandij, in cubi-
 culo, in conclavi aderant: deniq; omni-
 um horarum erant: non magnates aliquos,
 aut duces primarios dico, quibus id ob-
 sequij

sequij genus, quo duces ducibus gratificari solent, tatum potuit permittere: de eorum illud fuisset, & e Principis dignitate, si Mænum aut Parmensem in vinculis habuisset. Illa plerunq; officia, & obsequia præstabantur centurionibus, præfectis cohortium, & ducibus bellorum civilium, qui per totam vitam Regem adire, congressum aut præsentiam eius ferre nunquam potuissent, nisi arma contra tulissent: quo etiam nomine benignè ab eo, & vultu hilariori accipiebantur. Vitio vertant istuc moris: (idq; nō omninò fortassis absq; ratione) cum illis libenter in gratiam ipsorum facerem: sed verissimū tamen est, hoc illi à natura insitum esse, ἀμνηστανεῖν, tum quum etiam maximè licet vlcisci. In priuatis enim rebus non secus ac in bello, in cubicularium seruū, in atriensem, deniq; vbi remotis arbitris, & liberè agere licet, eandem seruat æquanimitatem, eousq; sæpe, vt negligentie limen contingat.

Hæc quæ de nostro Principe pauca dicere, habui. de reliquis enim moribus, quæcunq; speciatim enumerauero, ma-

gis priuatum hominem, quàm virū principem attingant. Huic tamē imagini meo postremum hoc addam penicillum, ad scititium magis colorem, quàm viuum vultus lineamentum superinducturus: & constanter dicam, neminē fortasse Principem hoc nostro fœlicitate fuisse superiorem. Nusquā præsens conspectus fuit nisi sicubi animus tulit, vbi terga non viderint hostes ipso statim conspecto: ipsi in vita fortunæ successus, si ita nominari licet, tam insperati, tam opportuni, tam salutare in sinum delati sunt, vt à teneris (quod aiunt) vnguiculis Angelum à lateribus stipantem, comitantem, ducentem habuerit, & aduersus totius prope orbis machinationes, huius omnia consilia ad miraculum vsq; tam bene vertentem, vt spem & vota eius longissimis interuallis superarent. Testatur id satis antea actæ vitæ curriculum: sed veteres ipsius ministri non uisas, nec præmeditatas deliberationes quas sapientissimi eius consiliarij damnauissent, tam fœlíciter Deum vertisse, vt eadem ipsi quoq; ad nutum facti & exercitati

citati, Principem non interpellare, sed
 missum facere, de illius ductu & ductore
 certissimi, cogeretur. Inter cætera autem
 magnorum virorum indicia, hoc in no-
 stro Rege semper eluxit: perpetuaq; fuit
 in hoc Principe inter fortunam & virtu-
 tē pugna. Bono Genio & fœlicitati istuc
 ignari homines dabant: nos autem, qui-
 bus res ipsa est perspectissima, diuinam
 gratiam, Dei Deorum, Dei exercituum
 opus nominemus, hinc necessariò con-
 cludentes, cùm in hoc opilione tam fœ-
 liciter opus suum inchoauerit, ad gloriã
 nominis sui minimè imperfectum esse
 relicturum.

Illic certè sita est omnium, qui partes
 eius sequuntur, minimè fallax fiducia. Sed
 & illū Deus tot humanis præsijs muni-
 uit, vt hæc cum hostium viribus si compa-
 res, aduersarijs illicò cadendum, & occu-
 bendum esse iudices. Omitto nostrū or-
 dinem, qui probabiliter hostium ^{ante se} ~~ante se~~ ^{superaturus} ~~superaturus~~
 superaturus est. nunquam enim secus ac-
 cidit. Omitto causæ iustitiã, omitto dua-
 rum aut trium victoriarum præiudicia:
 externa hæc omnia. Saltem hac ex parte
 magna-

magnates omnes, Principes sanguinis, of-
 ficiarij Coronæ, nominatissimi quique
 regni proceres, Nobilitas omnis in Regis
 castra transeunt: ac proinde omnes pro
 se quisque auctoritate, & præfectura mi-
 litaris commeatus ac annonæ instructi.
 Hi congenitam habent ὑπερξυσία, & à
 natura haustum expressumq; in plebem
 dominatum, adeò vt exemplo belli illius
 seruilis, quò Pompeiani milites tantum
 restibus pugnaverunt, si hodie ignobile
 hoc & sine nomine vulgus Nobilitatem
 antecedit, nunquam expectatura sit: me-
 tuit nimis. Ad hæc, quicquid in Gallia est
 optimorum Ducum, illic est: nominare,
 sed nosti probè: quum cōtrà, ex hostibus
 vix duos eximios facias, qui equitum cen-
 turiam per totam vitam duxerint. Deme-
 Duce Mæniū & de la Chastre, ab his
 tertius haud scio an reperiatur. Tam ex
 usu tamen rei militaris hæc sunt organa,
 vt belli Imperator frustra sit aut Cæsar a-
 liquidus, aut Alexander, nisi his adminiculis
 vitur, perijt: ne cuius rei testem alium
 laudo, præter vnum Mæniū, quicum
 melius profectò apud Arques & Yuria-
 tum

Etum foret, si sui similes omnes nactus es-
 set, si deniq; secundarum partium tribu-
 ni Spartam suam optimè coluissent. Ex
 quo efficitur, si nemo tertius Palæmon
 intercesserit, & si nobis tantum cum Re-
 gnicolis negotium erit, non esse tãti rem
 laboris & periculi, quominus non Rex is-
 pse solum, sed & Nobilitas, & quicunque
 Monarchiam firmant ac fulciunt, de vr-
 bibus & populis facilè palmam auferant.
 De suppetijs verò non dubito, quin faci-
 lius & promptius Regi nostro à vicinis
 Principibus cum Catholicis tum Prote-
 stantibus subministrètur. Monarchæ sunt
 omnes, omniù interest monarchiæ con-
 seruatio: omnibus subditorù exosa pro-
 ditio est, & popularis seditio: omnes hu-
 iusmodi exemplum metuunt, totoq; pe-
 ctore detestantur. Nemo omnium est, as-
 pud quem Dux aliquis Mænius nasci &
 creari non possit, nec alijs, quàm huiusce
 monarchiæ procis & cõpetitoribus, Vas-
 falli aduersus Regem suù defensio susci-
 pietur. Parua loquor. Qui enim perduel-
 libus nostris sunt ab auxilijs, quum aliam
 mercedè ab vrbibus & plebe sperare ne-
 queant, quàm illarum inuasionem, non-

nisi extrema cum audacia, studioq; per-
dendi, prædandi, debellandi veniunt: hinc
illud tam subito natum, flagransq; in Thra-
zones istos odium. Nostro autem Regi
qui opitulantur, multum in ipsius gra-
tia spei & fiduciæ collocantes, non nisi i-
pso in limine fidele obsequium, iuvandi-
que studium præ se ferunt. Ita nobis ab
illis nihil oneris præter operæ pretium:
quum ex aduerso hostes auxilio suo ma-
gis ferè, quàm bello nostro fatigentur.

Hic igitur Regis & regionum (ita no-
minare liceat) status. Quanquam autem,
si cum altero illo compares, multo ha-
beat omnia compositiora, & tutiora: fieri
tamen tanta rerum in perturbatione, par-
tim ex Religionis diuersitate, partim ex
Principis huius, & defuncti illius infortu-
nijs nata, non potest, quin corruptelam;
aliorum ad exemplum, & labem aliquam
contraxerit; adeo quidè ut in gangrænâ,
nisi maturè occurratur, sit euasura. Acgra
corpora semper cacochyma sunt, eorumq;
sanissima pars non est veneni experta. Ut
enim in seditione populari, habent vrbes
consilia & studia contraria, iam dissidij
iam

iam libertatis, iam tumultuationis, iam reip. constituendæ, vt Ligarij ordinis & magistratum contemptu, in se recepta ἀπαξία tandem ad βατραχοπολίτειαν, seu Ranarum regnum deueniunt, vbi clamosissimus quisque rex est: ita in μοναρχία & Nobilitatis ordine cōfusiones nescio quid πρᾶτῶδες, nescio quid gibbosū pepererunt, quod ne temporis quidem mutare valeat vetustas, nisi Deus manum medicam adhibuerit.

Hi sunt prouinciarum Præfecti & præsidarij duces, quos hodiernus dies nobis tales peperit, vt eorum sapientissimus & optimus quisq; nihil magis suum ducat, quàm Præfecturam, quàm urbem, quàm arcem (nulla regula sic generalis est, quæ exceptionem non patiat) optimus (inquam) quisq; & prudentissimus toto diei triente iniquo fortasse animo ferret pacem Gallia restitutam, iustitiā primas obtinere, nec præsidij opus esse. Istam meri imperij dulcedo sic palato sapit, tāta sunt in fisci œconomia illecebræ, tantæ in oneribus sudoribusq; populi partendiis & regendis, vt regnum citius sus
deq;

deq; ferri, quàm ab hoc vitæ instituto se
 dimoueri patiantur. Tertio quoq; verbo
 audies, *Loci mei conseruatio*: sub hac larua
 violentiarum & direptionum omne ge-
 nus recipitur. Interim verò, si Rex accerti
 iubet, ad dies quindecim, vsq; ad calones
 & mancipia sua ducent: sed non tam hoc
 zelus effecit, quàm pompa, vt occini suis
 auribus illud audiant, hic homo est *αἰσίο-
 πητος*, dignus quicum in tenebris mices,
 magnum habet satellitium. Lapso iam
 stato tempore, frustra de manibus conse-
 rendis sermo, frustra Parmēsis in finibus
 iam cōspicitur, frustra clamatur, Si disce-
 ditis, futuro cæteroquin propediem belli
 exitu, quum Lutetia iam propè sit vt ex-
 pugnetur, quum hoc finito labore, futu-
 rum sit vt in pace viuatur, nihil factū est.
 Dominus Præfectus Præfecturæ suæ de
 rebus necessarijs tantum studet vlla sine
 tunctione prospicere. Paraturne disces-
 sus: iam incumbit onus ijs qui à secretis
 sunt, scribendi, omne genus diplomata,
 Abbantias, proscriptiones Ligariorū, subli-
 diarij & succenturiati militis conmea-
 tus, hoc est, culinaria cura, pensiones in
 vetus

vetus & nouum dominiū, dona, pignora: quid plura? regnum illis nouum cudi oportet: in hoc enim, quo istas hircudines impleas, non est affatim. Hic autē si querentes, si mussantes in propylæo audias, res mira: merces illis non soluitur: nihil datur, quadraginta aut quinquaginta viros habent suis sumptibus alendos. Rex, quem expilarunt, cuius bona dilapidant, cuius vectigalia & nummos detinent, adhuc illis est *ὄπιθ' ὄθωος*. Hirudines! vnde vobis numerari vultis? facite igitur cum Democrito illo mundos infinitos, nouū quoddā regnū ex atomis create. Vnde illi nūmorū prouentus, nisi ex redditibus illis generalibus? Nostis autem horum maximum ne alendis quidem vnis præfidijs sufficere. Quid Regi conferunt hodie decumæ toto iam fermè aduersante Clero? quid conferunt æquialætia, subsidia, importationes, exportationes, salinæ, quum primariarum vrbium dominus non sit? quid casuales particule profunt, facilius postulatę, quàm allatę? Vt demus esse regni sui dominum ex asse (id ex rationib. fisci vobis probabitur) attamē quinquies

centenis millibus minus esset in fundo,
quàm persolucendo æri alieno sufficeret.
& ne ex quadrante quidem dominus est.
Quorsum igitur debellatiões? quorsum
adiunctæ ad imperium prouincię? Si ho-
die prouinciã aut urbem armis subegit
ne hoc quidem facit ad dimidiã partem
subuentionis eius, quem illis locis præse-
sturus est. Nam nihilo hinc ad fiscum au-
plius rediturum est, quàm si hostis loco
illa teneret. Erumpã oportet in hanc ver-
bi audaciam: malum hoc fieri intolerabi-
bile, cui nisi maturè prospiciatur, Regnum
diu stare non potest. Interim pleriq; om-
nes publicis calamitatibus, & regiã di-
gnitatis contemptu abutuntur ad ædifi-
canda sibi apud Iberos palatia. Non ne-
mo est, qui sibi aut Comitatum, aut Duc-
catũ ex loco suo non erigat, & dicat, Postea
quàm loculos expleuero, si minus hinc cõ-
modè est mihi, aliorum vela faciã. Nul-
la peste (meo iudicio) magis angimur: si
fouet, exemplo maximã Nobilitatis par-
tem à studio pacis auocat. Istorum enim
Præfectorum ad exemplar sese componit
in fine

infinite pabulatorum multitudo, & eorū
 qui patriæ arma inferūt, qui domos suas
 pro limitaneis vrbibus, regniq̄ propu-
 gnaculis habent: qui, quum instruendus
 est exercitus, desiderantur omnes, vixq̄e
 tribus ab arce sua passibus, nec nisi prædæ
 causa, pedem mouent: recedente exerci-
 tu, spolijs onusti in latibula sua reuolant.
 Hæc certè fundi & fisci regij calamitas.
 Ad cumulum illud accedit, quòd Nobi-
 litatem nostram hac ratione sic ad iusti-
 tiæ & legum contemptum exercitatum,
 & comparatā habemus, vt eius exēplo in-
 fimus quisq; inliciat. hoc autem pestē
 omnium capitalissimam appello.

*Nunc Manes remeare tuos Acheronta iubeto,
 O patriæ Ludouice parens, fortissime quondam,
 Francorumq; decus Regum, terrasq; reuise,
 Attonitus nostras speculari furentibus vrbes
 Impulsas Diris, vittricia lilia quondam
 Turribus exturbare tuus, pulsoq; pudore,
 Exustum fædè superinduxisse colorem.
 Cerne tuam ferro prolem genitricis in almæ
 Viscera degenerem, motam nec legibus vllis.
 Adspice quæ medio in Regno tua Regia quondã
 Stabat, ceu positus limes (miserabile dictu)
 Finibus vt regni, cupido stet murus Ibero,*

Arragonisq; iugum seruile assueta Tyranni.
 Non vnquam fando (ne percontare) per eum,
 Non fuit auditus, qui debellauerit armis
 Hasce potens terras Heros: potuisset adustus
 Nec tanta Hispanus, nisi prodicione tuorum.
 Nil hic nil potuit ferrum: sed fascinus auri
 Hoc potuit, Francus hebetans cum lumine mētē
 Excusso candore, Fides quem fronte fideli
 Gallica signabat. Gens heu ciuilibus armis
 Impia facta nimis domino periura, suaeq;
 Semper adhuc sitiens plebes male sana cruoris:
 Quae tātūm vltrices spirans in pectore flammis
 Excipis externi iugulo nunc militis ensem.
 Cerne Cisalpinum Damam miseranter, & illos
 Cerne Lothringenses Lepores ambire Leonem
 Aegrotum, quem mox properat fatalibus vmbis
 Intestina lues, & caustica flamma veneni.
 Quos tantūm obtutu poterat, vultuq; minaci
 Te Ductore, suis expellere sinibus olim
 Aeternoq; gelu damnatos trudere ad Alpes:
 Nunc, genus insidum, tanto victore iacente,
 Qui perterrebat pauidos, hic tempora rudit,
 Ille trahit barbam: tergum diuerberat ille:
 Dente alius caudam proscindit: vulnere creber
 Aeripedi minuens vncos exulcerat alter
 Tam formidatos cunctis animalibus vngues.
 Decumbens, mediaq; trahens in morte natantē
 Ille oculos, moribundus adhuc tamē hostis acerbi
 Perfidiam parat vlcisci: Consurgit in armos,
HORII

*Horribiliq; grauem gemitu denuntiat iram,
Nec fore periuro generi (si quando vigorem
Retulerit rediuiua salus) impune, minatur.*

Si nunc optimus aliquis extaret Aesculapius, qui malorum nostrorum symptomaticis omnibus exacto vngue consideratis, quæ triginta abhinc annis regnum istud florentissimum tam sæpe criticauerunt, malorumq; perpetua serie ferè ita dissolutum nobis reliquerunt, vt debilitas quæ per hoc biduū successit, pulsum, notitiam, memoriam, sermonem, vitãq; propè ipsam sustulerit, mea quidem ille sententia iudicaret, spem aliam, aut remedium aliud non superesse (si quod est) quam pacem, fœlicem illam & aliam, siue nobis armorum nostrorum vi restituendã, si ita bene vertat Deus Regis nostri conatus & consilia, vt compos regni fiat, siue aliqua via tētetur altera, tandēq; nos miserix, fames, pestis, bellum, diuina flagella, mortalitates, iacturæ, fatigationes, vltro citroq; nos cogât sensim armis de manu labentibus quiescere. Non auisim inter tot Machaones mea pharmaca proferre, nec iuxta Aesculapios istos, qui

ægrotantem Galliam in medijs tot casibus medicati sunt, omnesq; corporis illius affectiones, momēta, albos aut atros dies, totum deniq; morbi decursum probè recognouerunt, notas meas & obseruatiunculas producere. Sed duo tantum adferam, quæ his temporibus horribiliū prognostica calamitatū, & *πικνηρα* implacabilis in Galliā iræ diuinæ licuit obseruare. Vnum: ab hinc tribus, quatuorue annis, omnes Imperij Ordines, Status ferè omnes, præcipuos de ordine Equestri, nobiles ciuitates, Ecclesiam, plebem vno ore pacem vociferari, quum tamen in consilijs omnibus, in comitijs, nemo, ex hostiū maximè numero, sit repertus, qui vel minimam de ea mētionem facere auderet. Cōtrā verbum fuit illis *δυσφημιον*, ominosum & detestādum. Alterum, nescire me vel minimam partē nostrū, quæ bello non sit consumpta, quæ ex pace vtilitatem non capiat: iurares nihilominus nos à cæco quodam furore & dæmone impelli, ad cædem, ad sanguinem, ad lanienam præcipites ferri. Exordiar igitur (neminem vt excipiam) ab ipso

ipso Rege. Cui (obsecro) pax magis necessaria est: Dico, etiamsi Deum ipsum obligatum haberet ad hostes in eius manus ad vnum tradendos, in aciem producendos, ad victorias ipsi totidem largiendas, quot dies anniuersarij circuli numerantur: detur illud quoq; de expugnandis omnibus regni munitionibus, de gladio semel recidenda rebellionum nostrarum memoria, certissimum esse: affirmo tamen vtiliorem esse pace & clementia partam voluntariam obedientiam, licet meri imperij dignitati minus consentanea videatur, eam, quæ ferri violentia & immanitate quærat.

Diuturna illa & ingens febris, qua tandem vexata est Gallia, ita nos debilitauit & penitus afflixit, vt violento iam alicui remedio ferendo pares non simus. Quodque amplius est, *περισσοτερασυνασιν* phar-maca ita iam sunt, & vsu ipso futura sunt *καυσιμα*, vt tandem morbo ipso purgato sint deteriora. Cogitet: hoc enim fortasse vnum est ex artis suæ arcanis minimè postremum. Id pax habet compendij, quod necessario subditi voluntatem & consen-

sum in Principis obedientiam adferunt: alió qui pax non esset. Id effecti producere nec bellum nec vis potest. Vera enim obedientia ex libera, nõ coacta volúate proficiscitur. Quum Rex imperat populis sponte sua parentibus, habet penes se vnum sceptri sui potestatem, nec alio indiget, quam seipso. Sin vi cogendi sunt, quot, obsecro, militibus, armis, ducibus, principibus, pceribus, ministris de Corona sua tenetur? Hic híc cardo rei vertitur.

A' persona Regis haud scio an Ducem contrariarum partium secundum proferrá. Potuisse mortuo fratre, ac multò etiá magis defuncto Rege ex secundarum rerum afflatu magnum aliquid concipere, non nego: non tamen nescit magnas illum cum Aumalio consobrino ab eo tempore rixas intercessisse: non ignorat Vindomij cū esset, postquàm ad Thurones ventum est, alterum eorum hoc problema in deliberationem vocauisse, Vicésne gereret Imperatoris in exercitu? Quo negato rediit ipse, suam quoq; vicem solus suis imperaturus. Postea quid altercationis habuerit cum Marchione Pontino cognato,

gnato, nouit probè, qui quidem non deliberearet exemplo Ducis Aumalij, sed *ἀλλ' ὡς* imperandi sibi partes, vt natu maximus, arrogaret. Nouit deniq; quid æmulationis, simultatisq; cum illo Dux Nemoracensis gesserit, quàm obsequiosum experiatur Mercurium, inprimisq; Ioyssium, qui semel Marchionem Villarensensem generum suum Tholosa expulerit, ab eodem antè depulsus: addiderim etiã, quid obsequij ex Seditiosis vrbibus, quid subsidij in negotijs gerendis reportarit. Ignosco equidem Admiralio Castillionæo defuncto, qui iustiore in causa, expertus quid oneris partiũ ductori in bellis ciuilibus incumbat, suadenti cuidam die Veneris ante mortem, vt saucius Lutetia exiret, dixit: O bone, facere id non possum, nisi mihi bellum velim accersere: hïc autem mortem oppetere malo, quã eò vnquã redire. Nihilominus si, quo fuerũt olim statu, nunc Mænij res essent, ex varijs successibus, magnæ alicuius fortunæ sperandus esset exitus. Sed, miser, vbi gentium est? Solet multitudo, inprimisq; Gallica, hominis famam citiũs, quàm

quàm conceperit, amittere. Opus interdum totius vitæ labore ad fidem parandam, quam contingentia sese duo infortunia in discrimen vocant. Maximè verò, ut sentit populus eum, cui se crediderat, ita debilem esse, ut ad maioris alicuius tutelam necessariò sit illi confugiendû, statim relicto priore, posteriori se adiungit. Ratio hæc est: Ignara plebs ad id tantum quod præsens est sese accommodat, externa rerum specie ducitur: qua sublata, remotis à latere D. Mænij copijs, tormentis, Helueticis & Germanicis peditibus, ubi vltimum ad Parmensem perfugium est, nulla est, disperijt. Ac sanè, si priuata licet attingere, si Ducis illius actiones culpari meum est, biennio toto, tantis cum copijs & opibus nõ magna patrauit: immò miserabilem in modum se gessit. Illius exemplo nobis cum docilioribus populis, quàm essent sui, negotium fuit: erant enim debiliores, & iam diutius subiuges aratrum trahebant. Vidi autem ego nostrum hunc Regem in quadam suarum partium metropoli quintodecimo quoque die serè coactum de vita & fortuna, præclari

præclari alicuius facinoris edendi causa, dimicare. Alioqui sibi videbatur omnibus inuisus fore: quod & verum res ipsa cōprobauit. Quòd si tam malè rem admistrasset, haud scio an postea gratiam popularem collecturus fuisset.

Addat iste nunc indignitates, supercilialia, sannas, quas ab Hispanico exercitu deuorauit, addat contumelias, quas ab Italo regulo, spurio & mancipio Hispani regis ante ora patriæ suæ, loco hosti magis opportuno, ipse videlicet Gallorù Princeps, materno à sanguine Regum nostrorum vera propago, huius consobrinus, pertulit: Quid igitur ipsi Tyranno facturus, quum exul pulsusq; Gallia, fortassis in aula sua non tam auxilium quam stipem mendicari cogetur? Addat igitur insuper conditionis suæ aleam, quæ in eas angustias conijcere potest, vt olim erro & fugitiuus orbem obambulet, vel captus in triumphum aut exemplum ducatur. Idq; frustra hodie, nulla maxima & dignissima spe in posterum sibi reliqua, cuius auspicijs & ductu ita sua omnia præcipitanter agere debeat. Hinc deniq; sic colligat,

colligat, iam sibi de manibus elapsa spe
Regni, nunc necessario moliendam aut
eius dissipationem esse, aut certe alteri cui-
piam regnum conquirendum. Ut dissi-
pet, absit. Ut conquirat, quis illi quaestus
huius debitor magis locuples, qui magis
soluendo, quis nauatam operam melius
haerede ipso compensare poterit? Hæc me-
ditare, Princeps: semper tolerabilius tecum
Rex tuus aget sanè, quam alienigena. A-
pud alterum quidem hostis loco habitus
olim fueris: apud hunc proditionis odio
perpetuo flagrabis.

Nunc vrbes nostras, si roges, si miseram
plebeculam perconteris, illosne catholi-
ci sui iam fatias capiat, an verò belli labo-
ribus iam defessi omnia sua vota & studia
in pacem conferant, crediderim posthac
talibus verbis sibi illudi arbitratos: nec
sanè illud dubium. Sed ut pudore suffun-
dam, & omnem illis excusationem de-
mam, duo tantum dicam: Vnum, Locu-
los scrutentur, & quid ab illo Iulij 18. die
anni 1585. instaurationis reip. attulerint,
quid populo leuaminis, quid Religioni
securitatis, quid Regno *Dei gratia*, quid otij
priua-

priuatæ rei familiari, videât: Alterum est,
 vt exemplo Lutetiæ Regni Basilicæ, cui
 fuit vni omnium maximè succurrêdum,
 quæ factiosis omnibus compendiosissi-
 ma fuit, fiant cautiore. Spectate, ô ciui-
 tates, spectate iudicium illud Dei horren-
 dum in florentissimam quondam ciui-
 tatem, metropolitanam vestram: enume-
 rate formidabilia illa flagellorû omniû,
 quibus sensim ac sine sensu stillantibus
 (tanquam lento igne) vstuluta est, moni-
 menta: numerate concurrentes eodem
 tempore belli, famis, pestilentia, diutur-
 norum insequêtium morborum plagas,
 frigus immedicabile, extremam in om-
 nium rerum copia inopiã, crudelitates,
 diuisiones, mulierum virginumq; dede-
 cora, quibus pudorem omnem necessi-
 tas adimeret, ruinas, incendia, intra & ex-
 tra mœnia ab amicis, ab inimicis vastita-
 tes, tot superba palatia, quæ partim opu-
 lentia, partim amplitudo, partim splen-
 dor & luxus tot annorum in tertiæ huius
 Babelis, in alterius huius Romæ ambitu
 erexerat: Agnoscite Iehouæ lentè & sus-
 penso gradu procedentem vindictã, quæ
 vno

vno supplicio non satiatur, quæ percutiēdo irritatur, docetq; non hanc iam esse paternam castigationem, sed herilem & iudiciariam animaduersionē: faciant vobis isthæc sapientiores: discite iustitiam mori, & non temnere numen. Colligo tandem, & concludo frustra inquiri, Galilæe post tantam malorum Iliadem pacem velle, post tantos labores quietē exoptare debeāt. Postremo hoc argumentum opus, quum illud exterorum sit desiderium, metum hunc nostrum esse oportere. Labor certè quem in ea re collocat, exitij nostri certissimū est argumentū.

Sequitur iam ingens & attēdenda disputatio, ad quam ferè vnā totam hanc telam iam pridē ordior. Pacem enim solum esse restituēdi huius imperij modū, nemo est qui dubitet. Omnes cōfitemur, schisma in Religione primum fuisse belli civilis incentiuum: Verūm ab hac duplici propositione ad tertiam transitur, Regi igitur, Catholicum se faciendo, schisma hoc esse tollendum: hanc vnicā esse viam ad pacem catholicam, securam, & stabilem consequendam. Ita plausibilis est

est hæc propositio, ita popularis & speciosa, ita etiam penè dixerim, captiosa, ut ad artificium dijudicandum minimè putidis nec illotis opus sit auribus. Istuc enim in summa est obliquè in Regem invidiam omnem reijcere, & vnum omnium malorum 30. ab hinc annis in nostro hoc regno radices agentium, ac etiam nū hodie pullulantium auctore facere. Ad hæc quæstionem ineunte eius regno admurmuratum est non nihil. Ac fuit sanè stupèda hæc subita rerum cōuersio non solum in Principis persona, verum etiam in primariorum & procerum regni voluntatibus, qui ei in genua prociderent, in quem ante sex mēses gladium strinxissent. Nostri vice versa, metuentes, ne vis conscientie aliqua fieret, præ metu vociferati sunt, monuerunt pro se quisq; supplices, uti perseveraret: nihilominus tamen ipsius tum æquanimitas, tū ad proceribus Catholicis satisfaciendum excogitata methodus & progressio: contra autem, hostium propositum, qui contrucidato Rege supra modum superstitioso non essent ad primam missam noui reducti arma posaturi,

situri, rumusculū illum tum sedauerunt: nec ita pridem reuixit, volitat per ora, libelli excuduntur: signa certē grauius aliquod malum antea edere solita: nuperri-
mè verò visi & perlecti sunt illi, quibus
quanuis responsum fuerit, minime mihi
tamen adhuc satisfactum est.

Quum incidero in aliquem imperitū,
siue Catholicum Romanum, seu Euan-
gelicū, qui pertinaciter exoptent, ille qui-
dem, vt Rex institutum mutet: hic verò,
vt perseueranter tueatur, zelum illum ex-
cusabo. Sed si perspexero quempiam de
Israeliticorum Doctorum grege ex vtra-
uis parte propositionem hanc asserentem,
mihi suspectus erit. Non Romæ, non Ge-
neux fiunt Christiani: non ars, non opus,
eiusmodi est, in quo magisterium vrbis
valere possit. Christiani sunt, qui verbum
Dei audiunt & custodiunt. Vera Religio
est, quæ habet in scriptis Θεοπνευστικῶν purū
fundamentum: adeo vt, si quid Regi o-
ptandum est, non illud sit, Romæ aut Ge-
neux pedarium esse. Quemadmodum lo-
ca illa doctrinæ præiudicare, ita neq; au-
toritatem conciliare debent. Sed hoc o-
ptandum,

ptādum potius, populum omnem suum
 vt ad diuini cultus, vti nobis à Deo præ-
 scriptus est, obseruantiam recolligat, dis-
 sidium & schisma non Christianismo,
 (in quem cadere nō potest) sed Christia-
 norum animis amoueat. Ad hunc finem
 vias omnes in ea re obseruari solitas, &
 ab Antecessoribus regibus ac Imperato-
 ribus obseruatas, peruestiget: Hoc vnum
 in votis habeat suos subditos non minus
 ad Dei cultum, quàm ad sui obediētiam
 reuocare: ad hæc, in animo studiū, in ma-
 nibus effectum habeat: cogitet se nō mi-
 nus diademate hoc præcinctum ad schis-
 ma tollendum quàm ad puritatem in re-
 ligione restituendam. Hoc illi certe nos
 optare decet.

Qui in ea sunt sententia, Regem Ca-
 tholicum fieri oportere, (vtendum his vo-
 cabulis mihi est necessariò) sin minus, in
 eum (vt dicitur) summo iure agendū cen-
 sent, si persuadere cupiunt, duplici id ar-
 gumentorum genere tētābunt: alijs qui-
 dē, ijsq; optimis ex Theologiæ fontibus
 depromptis, alijs verò leuioris momenti
 ex iudicio politico certe desumptis. De

Theologicis, mei certè nō est instituti dif-
 fuse tractare. Nec verò id leui (quod aiūt)
 manu fieri debet: adde quòd in his rebus
 parum sum exercitatus, comparata mihi
 duntaxat earum rerum notitia, quanta sa-
 tis est ad vsus priuatos. Atq; illi ipsi com-
 mentatiuncularum istarū auctores, quan-
 tumlibet in Theologia versati, non tamē
 ea vsi sunt. Hoc dicam *ἐν παρόδῳ*, istis in o-
 pusculis cuiq; liberum fuisse quod bonū
 quod malū videretur, annotare: ego spe-
 ciatim obseruauī omnia eò destinari &
 collimare, vt populi concitentur ad voci-
 ferandum, *Magna est Diana Ephesiorum*,
 ne ratiūcula quidē ibi expressa quæ vulga-
 ris non sit & duntaxat *Φαινομένη*. Vt verbi
 gratia, quum petunt à Rege, vellētne Ca-
 tholici nomen recusare. Quis vnquam
 fando insolentius postulatum audiuit?
 An verò existimant, Regem, aut quos do-
 ctiores adhibuit, vim & significationē no-
 minis ignorasse? Quando dicunt, *Eccle-*
sia veram successionem à Diuo Petro esse,
prout Coronæ Regis vtentis ab antecessore
Diuo Ludouico petenda est successio. Lepi-
 dum verò argumentum ad stabiliēdam
 Eccle-

Ecclesiæ auctoritatem! Quando dicunt, non magis antiquam doctrinam noua commutandam esse, quàm veterem Principem nouo permutare liceat. Quando rogāt, Ministri sint ne Αγγελικότεροι, quàm Episcopi? Quando dicunt, Regem in Ecclesiam sacro baptismo tinctam, in eadem immori debere; Reges ante illum omnes Catholicos fuisse: Diuum Ludouicum non Geneva, sed Rome in canonem relatum: nisi Rex sit Catholicus, primum inter Reges Christianos gradum non retenturum: absurdū esse, ut Rex alio modo, alio Ministri sui, Principes & proceres ad Deum preces concipiant. Miror cur etiam non addant, ille quidem in foro vanabulum sub indigesto quodam pluteo, ipsi verò in amplissimo quodam delubro. Quū deinceps contendunt, Regem non posse consecrari, aut certè, obscuri cuiusdā ministri manibus inauguratum iri. Deniq; cum minitantur, aliò qui Sandionysij inhumatum non iri, si mori cōtingat. Hoc verò non est tam grauem, tam sanctam, & tanti momēti quæstionem pro dignitate tractare: nec in disputando satis candidum esse. Quis enim tandem erit illarū

scripturitionum fructus: Has omnes rationes Regi nominatim p̄posuisse, probè factum: sed in vulgus disseminare, cui bono? Hæc tantum habui quæ dicerem pingui Minerua de istis opusculis, quæ mei nõ sit instituti alienas elucubrationes vltra damnare.

Tam multis elaboratum est in duob. hisce nominibus Catholici & Hæretici explicandis, vt mirer quæ iam aliquis merito possit abuti. Tam multi doctissimi homines tum rationibus, tum testimonijs, tum exemplis demonstrarunt, toleratos ab Ecclesia fuisse Reges non hereticos solùm, sed Atheos & paganos, vt qui illud argumentum iam retractet, actum agere videatur. Attamē isti prædicatores & rabulæ si audiantur, dicas Regem nunquam intellexisse, quid sit, Catholicū esse: tunc perinde calumniatur, ac si, id nominis recusans, Turcam se aliquem aut Calicutistam proderet. Non est certè à ratione alienū, dicere, Catholici & Christiani vnā eandemq; esse significationē: nomen Catholici recusantem perinde facere ac si Christiani appellationi renuntiet:

tiet: sed secus tamen quàm istarum Rap-
sodiarum auctores interpretetur, aut in-
terpretandũ esse censeant. Qui enim tan-
tum (quod etiam obseruau) ad populare
gratiam & captum stylum suum attem-
perant, non habuerunt in promptu axio-
ma popularius, *Non est Catholicus Rex no-*
ster; ait magister Petrus in opificina sua,
non igitur Christianus, sed hereticus. Tum
verò ad consequens ordinarium, ad cran-
bem recoctam. Bonum enim Christia-
num esse hoc tempore, parum: bonũ esse
Catholicum, multum est.

Ad differentiam veteris Iudaicæ syna-
gogæ (quæ certi populi, & peculiaris cus-
iusdam ac priuæ gentis familijs contine-
batur, nec alijs erat communicanda) Ec-
clesia nostra hodie Catholicæ, h. e. Vni-
uersalis nomen iuuenit, quæ iam certo
populo minimè est alligata, sed in quam
omnes sine discrimine homines admis-
sibiles sunt. Ecclesia quidè Catholica vo-
citur: doctrina priorib. illis sæculis non
fuit huius nominis. Non est vniuersalis il-
la, conflata ex vniuersalib. capitibus, qui-
bus addere aut detrahere, amplificare,

aut decurrere liceat: Contrà doctrina est specialissîma, certis quibusdam in scripturis fundata, certis etiam Theorematis & Axiomatis fidei innixa. Tantumq; abest, vt æque sit Catholica, vt tam latè pateat, quàm Iudæorum, vt contrà millies sit *εὐνοία*, angustior, restrictior. Legatur 5. cap. Euangelij secundùm Matthæum, vbi Dominus de vtraq; differens, manifestum discrimen ostendit. Adeò quidem vt si hominem Christianum voces, suo proprio epitheto describas. Sed concretum illud, Catholicæ, alteri quàm Ecclesiæ tribuere, vt perinde interpreteris, atq; Christianum, aut doctrina Domini nostri Iesu Christi imbutum, hoc verò est improprie loqui. Quin ita sit (imperitis loquor, quibus dicti mei ratio explicanda est) Epistolæ Apostolicæ Petri, Iacobi, Iohannis, Iudæ, Catholicæ inscribuntur: an doctrinæ ratione? nihil minus: immò, quia non sunt peculiaris alicuius Ecclesiæ, vtputa Corinthiorum, Colossensium, Ephesiorum, sicut reliquæ illæ Paulinæ, propriæ & particulares: sed generales, & omnibus Ecclesijs scriptæ. Nec sanè dicimus,

mus, Credo doctrinam Catholicam: dicimus, Credo Ecclesiã Catholicã. Quod nominatim addiderunt Apostoli, aut certe primi illi Christiani, qui paulò post Apostolorum memoriam hos fidei articulos sanxerunt, quòd nonnulli essent post mortem Domini, qui ambigeret adhuc, verbum diuinum, & mysteria salutis essent ne Gentilibus communicanda: quẽadmodum sanè ad Diui Pauli ætatem vsque, Apostolorũ nemo hoc priuatim in mandatis habuerat. Vnde sancitum est, nequa in posterum fieret populorum discretio in Christianismo: Iudæos nullam supra gentiles prærogatiuã habere: omnes vnum fore, Ecclesiam esse Catholicã & Vniuersalem.

Hæc prima fuit ratio. Lapsu temporis, atque adeò momento post Domini mortem, nata est in Ecclesia sententiarum discrepantia. Quod quidem satis indicat, perfectionem, canonem veritatis, Lydiũ lapidem Ecclesiæ militati ex hominibus peccatoribus & ad errorem procliuibus conflata, minimè quadrare. Quod verũ, vnum est & inuariabile. Quod cum acci-

deret, tota Ecclesia, hoc est, Episcopi omnes & Pastores quotquot congregari poterant, de noua hac opinione ex Dei verbo iudicabant. Qua damnata, qui illam defenderet, hæreticus dicebatur: cui opponerentur Catholici, hoc est, ij, qui maximæ partis Episcoporum in vnam sententiam conuenientium consensum sequebantur. Sed de hoc mox plura.

Vox ergo illa, Catholici, variâ habet interpretationem, estq; ὁμῶνυμος, id est, multiuoca: contra, Christiani, est συνῶνυμος, & vniuoca. Quum dicitur, Ecclesia Catholica, ei respondet quod dicitur, Ecclesia Christiana. Nulla enim, p̄ter Christianâ, vniuersalis est Ecclesia. Quum autem agitur de doctrina Catholica, non semper sic se res habet, si verbi propria significatio attendatur, quum plures existant vniuersales doctrinæ, minimè tamè idcirco Christianæ & orthodoxæ. Artes omnes nõne eiusdè sunt naturæ? nõne vniuersaliter traduntur eâdem ratione? Perperam igitur argumentari est, sub Catholicæ ambitu Ecclesiam & doctrinâ simul complecti: plurimumq; differt dicere,

cere, Doctrina catholicè, hoc est, vniuersaliter vno modo est tradenda: aut dicere, doctrina est vniuersalis. Verum prius. Posterius, si vt hodierni Catholici faciūt, interpreteris, Credendū est qd̄ mundus credit vniuersus, falsū erit. & ad hāc distinctionem emunctæ naris purgatæq; auris esse oportet. Insolens planè hæc *μὲτος πο* defendere, Vniuersalem, totoq; orbe diffusam esse Ecclesiam: credendum igitur quod vniuersus orbis Christianus, aut eius potissima pars credit. Aliud etiā insigne sophisma est, dicere, Ecclesia est Catholica & vniuersalis, Vos tantū pusillus hominum numerus estis: Non estis igitur Ecclesia. Sæpenuerò enim orthodoxi hæreticorū numero superati sunt. Atq; ex hoc ipso syllogismo tā de vobis, quam de nobis negaretur Ecclesia. Plures ad proportionem vestram sumus, quā vos ad totius Paganismi, aut Mahumetismi. Vix Europam continet Christianismus: quid igitur Asia, quid Africa, quid America fieret? Adhuc peius cōcluditur, sub hoc vocabulo, Catholicæ, orthodoxa Religio, eaq; quæ orbis vniuersi con-

fensu approbatur. Contrarium enim docet experientia: non solum dictum Domini ouile suum ad exiguum numerum restringit, sed tota etiam id confirmat vetus historia.

Veruntamen à Catholicis nostris non solum in nomine suo, quum se Catholicos Romanos vocitant, quasi dicas, Christianos vniuersales particulares, peccatur: sed etiam in nominis interpretatione. Dum enim se dicunt vniuersales, aut ad Ecclesiam pertinere, quæ vniuersalem doctrinam sequatur, sibi contradicunt, doctrinam hanc vniuersalem restringentes ad eam quæ in priuata vrbe Roma prædicata fuit, prædicatur, aut prædicabitur. Iuxta hoc Axioma, Ecclesiam oporteret Catholicam esse, doctrinam non item: quod negant: doctrinam enim vocant Catholicam. Præterea doctrinæ huic concilianda esset auctoritas ex loco, vbi primum fuisset tradita & annuntiata: quod etiam nutat.

Quid igitur dicendum, vt coronidem addamus: Ecclesia ex orbis totius corpore constat, & ad verbi diuini vocem, quæ
in

in omnes orbis partes peruagata est, congregatur. Hæc porrò Ecclesia quum vna sit, sicut vnus est orbis, vnam etiã formam, quam dat Dei verbum, recipit, formam (inquam) quæ per totum orbem, & in singulis Ecclesiæ visibilis partibus, vna & eadem debet esse, quòd vnum idemq; sit verbum diuinum. Hæc est vera Catholici nominis interpretatio.

Hæretici vox haud magnam admittit interpretationem. Vocarunt igitur hæreticum veteres eum, qui priuæ alicuius opinionis delectum fecisset, quam mordicus teneret & sustineret aduersus reliquorum omnium Ecclesiæ Pastorum consensum. Dixissem propriè magis, contra Scripturæ auctoritatem. Hæc enim regula de Episcoporum consensu in Ariminensi Cõcilio falsa fuisset, vbi sexcenti & supra Ariani Episcopi aduersus 25. Orthodoxos conuenerunt. Deceptus fuisset, qui tum affirmare voluisset, verã verbi diuini intelligentiam in sexcentorum illorum opinione, contraq; in 25. horum sententia hæresin esse. An non legimus, in ore quadringentorum Regis Israelitici Prophetarum

tarum mendacium, penes vnum Michae
 veritatem extitisse: Quin ita fit, non aucto
 simpliciter veterum Conciliorum deter
 minationes, Hæc & illa hæresis tot Epi
 scoporum iudicio damnata est: sed hoc
 aiunt, Huius vel illius explosa & damna
 ta sententia est ex eo quod ita vel ita scri
 ptum extat. Quod quidem probat, Eccle
 siam visibilem scribæ duntaxat aut tabel
 lionis instar esse, publica diplomata ex
 scribentis, & testificantis, nulla tamē fi
 mandorum illorum auctoritate præditi.
 Quòd si locupletius aliquod exemplum
 requirimus, Dominus ipse, caput Eccle
 siæ, aduersus Hæreticorum patriarcham
 disputans, aliudne quidquam præter pu
 rum putum scripturæ verbum ei oppo
 suit: Legatur Matth. 4. cap. Quia tamen
 primus omnium hæreticus, solus aduer
 sus alios omnes pugnauit, primò illi con
 tinuò fuit oppositus reliquorum omnium
 consensus, qui concordabant omnes, &
 recentē adhuc habebant *ἡ χριστιανική* *ἡ ἐκ* *Φα*
υῆς traditionem: quod semper eo modo
 postea factitatum fuit. Sed, verè vt loquar
 mur, nihil nisi veritas cum mendacio &
 cum

cū hæresi pugnat, nullaq; veritas est præterquam quæ in scriptura sacra continetur. Itaq; non (proprie vt loquamur) Episcoporum consensus hæresin damnat, sed verbum Dei scriptum, cui ille consensus innititur, quemadmodum non aurificis manus aurum explorat, probumq; efficit, sed Lydius lapis, quem præ manibus habet, id exequitur. Eò tamen adhiberi manum, iudiciumq; aurifabri necesse est: si enim lapis à latomo, aut à textore mouetur, frustra id fiet: nihilominus tamen proprie lapidis, non manus probatio est, quum hanc eandem manum adulterino minusq; pbo lapide vti cõtingat.

Præterea non faciebat hæreticū quælibet opinio, vt hoc vocabulum hæretici in natia significatione vsurpemus, sed eadem, quæ ad fidei capita pertineret: quum enim de ritibus & cæremonijs tantum agebatur, non item: & hac de re constat ex plurimis veteris historię Ecclesiasticæ locis. Sed qui volet illud disertè cognoscere, legat epistolam Firmiliani ad Cyprianum martyrem. Deniq; hæreticos oportebat auditos ex Dei verbo dånari,
 prout

prout dixi, à Domino patientissimè atque
 tum Satanam ex ipsa scriptura damnatum
 fuisse. Vt id probetur, tantùm requiratur
 ordo ille antiquitus institutus in veteri
 hæreticorum, Valentinianorum, Marcio-
 nitarum, Nouatianorum, Donatistarum,
 Arrianorum, Nestorianorū, &c. condemp-
 natione: licebit videre quàm dissimili
 huius nostri sæculi methodo & via pro-
 gressa sit vetus Ecclesia.

Hac definitione restaret illud scien-
 dū, sint ne verè Catholici qui tales hodie
 nominantur: simūsne nos quoq; hæreti-
 ci. Magna opus esset & Theologica *εὐχρη-
 τιστεῖ*, rationibusq; doctorum hominum
 lima probatissimis, si cui hoc problema
 pertractare & decidere propositum esset:
 cuius rei non est hîc differēdi locus. Tam
 solennis actio non debet tam tenui cum
 pompa & ritu agitari.

Dato opportuniore & loco & tempo-
 re, si nemo non etiam apud se constituisset
 veritatis & mansuetudinis spiritū ad-
 ferre, opinor, ita me Deus amet, breui so-
 lutum iri. Sed mihi in præsentia propo-
 situm est ijs duntaxat respondere, qui vt il-
 li con-

li cōtrouersia extremam manum adde-
rent, non nisi probabilibus vsi sunt argu-
mētis, quibuscū nō aliter quā suis ipso-
rum argumentis agere decreui, non ne-
scius vtrāq; commentationē aut ab indo-
ctis tantum lectum iri, aut saltem imperi-
torum duntaxat animis vel profuturam
vel obfuturam esse. Non tam exilibus ha-
mis tanti Delphines capiuntur.

Primum caput, quod vnā nobis con-
cludendum est (adhuc enim de eo non
nihil dicendum) extremum est, quod to-
ti quæstioni præiudicat. Inquirimus vtri-
que pariter, nostræ salutis tituli vbi sint
inuestigandi. Nos defendimus, sola scri-
pta cum Prophetica tum Apostolica spi-
ritum spirare veritatis: quicquid insecutū
est, etiam *ἐν δεῖρ ἰσὼν χροῖος*, authenticum nō
esse: doctrinā quamlibet, à quolibet pro-
fectā, quæ tamen in hagiographis & Ca-
nonicis codicibus minimē sit comprehē-
sa, adulterinam esse. Qui sint autem, scire
desideranti, præter veteris totius Ecclesiæ
quæ semel in canonē illos suffragio suo
retulit, consensum, legatur eorum quoq;
catalogus apud Hieronymum & Cypria-
num. Hos testes nominatim laudo, quia

magistros nostros hodie in illorū potius
quā aut D. Petri aut D. Pauli verba iu-
rasse credas, ita illis se addixerunt. Addi-
mus præterea, Pastoribus huius visibilis
Ecclesiæ, in qua versamur, inde ab Apo-
stolorum tēporibus nihil novum & in-
solens, ne minimum quidem apiculum
aut articulum introducere licuisse, ijs ex-
ceptis quæ ad disciplinam, ad politia, ad
ordinem pertinerent: in quibus certè o-
mni auctoritate pollent, sed hætenus ta-
men vt factorum omnium suorum de-
beant (quoad eius fieri potest) aut exem-
plum aut testimonium siue ex sacra pagi-
na, siue ex primoris Ecclesiæ vsu deprom-
ptum habere. Hoc nostrū est fundamen-
tum. Alij longè fines illos ampliant. Asser-
runt enim sanctam hanc & visibilem Ec-
clesiam, non vsquequaq; esse perfectam:
quò etiam citatur ab illis versiculus Ioan-
nis, his versibus, *Multa insuper miracula*
edidit Iesus, quæ scripta non sunt in hoc li-
bro: item illud: Multa fecit Iesus, quæ si di-
sertè scriberentur, haud puto mundū libros
scriptos contenturum esse: ex eo colligetes,
quæcunq; Dominus fecit aut dixit, ijs li-
bris,

bris, quos in manibus habemus, minimè
 contineri: sed alios extare posse, in quos
 acta ipsius cætera sint relata: simul acta
 proferūt, quæ D. Petri nuncupāt, Episto-
 las, aliosq; complures emētitos cōdices
 affingunt. Paralogisimum tamen cōmit-
 tunt. Clarius enim luce lucet meridiana,
 versiculum hunc Ioannis ad historiam,
 non ad doctrinam esse referēdum. Quod
 sequentia indicant, quum addit: *Sed hæc
 scripta sunt, ut credatis, Iesum esse Filium
 Dei, & credentes in nomen eius vitam ha-
 beatis:* quasi dicat, Cætera Domini acta
 minime sunt hoc libro cōprehensa: quic-
 quid illud tamen est, quod scriptis conti-
 netur, sufficiens & idoneum est cū ad
 fidei vestræ *oinodopulw*, tum ad veram salu-
 tis viam vobis ostedendam. Aequè vellē,
 ut sic argutaretur: Quicquid à mundi pri-
 mordio Deus fecit, libris Mosis non con-
 tinetur: doctrina ergo veteris Testamenti
 manca est & mutila. Adhuc asserunt non
 solum esse verbum scriptū, *ἔγγραφον*, sed
 non scriptum *ἄγγραφον*, quod Traditio-
 nem vocant, hoc est, quod priores poste-
 rioribus velut per manus tradiderunt,

quodq; perpetua serie ad hunc vsq; diem
 constanter obseruatum est. Vt probent
 quædam loca veteris fœderis citat, in qui-
 bus illud sæpè repetitur: *Quando signum
 hoc vel illud videris, hoc vel illud filios tuos
 docebis.* Item multa ex Tertulliano, Cy-
 priano, Hieronymo, alijsq; priscis Docto-
 ribus testimonia ad Traditionem suam
 statuminadam accumulunt. Verù illud
 admittimus: dùm odò ne traditio istius
 modi capita salutis nostræ fundamenta-
 lia & *ἰσχυρά* attingat: in ijs enim nihil no-
 ui, nihil contrarij potest inuehere: in ex-
 ternis & adiaphoris, largimur.

Vbi autem nos vident eousq; proce-
 ctos, vltra procedunt, & affirmant: Eccle-
 siam esse supra Scripturam: huius codices
 non nisi illius sanctione locupletes & au-
 thenticos esse: vnde secùdum hoc enthy-
 mema nectunt, nempe, quò tantum pri-
 uilegij & prærogatiuæ habuerit, vt illam
 ab apocryphis & prophanis discerneret
 deniq; (vt sic dicam) sensum illi & mori
 indendi potestate sit prædita: potiore iu-
 reius quoq; interpretandi sibi vindicare:
 proin aliam nullam interpretationē re-
 cipien-

cipiendam esse, præter eam, quæ constat
in Ecclesia. Nos e contra, Sacros codices,
in quibus verbum Dei scriptum sit, & sa-
lutis nostræ fundamenta, & fontes esse
profitemur, ex quibus suam hauriat Ec-
clesia instructionem in sese & per sese, vi
Spiritus sancti, qui illa spiravit & dicta-
uit, suam auctoritatem obtinere, immò
in seipsis veram, solam, & solidam inter-
pretationem habere, quam aliunde men-
dicari sit nefas. Verissimum esse nostrum
hoc Theorema: illorum autem e contra,
falsissimum, captiosissimumq; demon-
strabo cum testimonijs & historie aucto-
ritate, tum ipsa duce & indice ratione: tunc
etiam illis concludendi locum.

Auctoritate: (vt brevis sim) Dominum
ipsum primum audiamus loquentem in
hæc verba libro Deut. *Sermoni, quæ præci-
pio vobis, nihil addetis: nihil etiam ex eo de-
trahetis. Quicquid præcipio vobis, seruaturi
estis, vt illud faciatis: nihil adijcietis, nihil
etiam diminuetis.* Erubescite tandem, ô
præfractæ & perfriectæ frontis Pseudoli,
qui audetis, non apicem dico, sed tertias
quasdam tabulas Legi diuinæ adijcere:

qui quinta quædam Euangelia cōstruitis: qui, vt locum vnum mordicus defendatis, libros Apocryphos contra S. sanctum in canonem refertis: quid ad hæc dicturi estis? Illum ipsum quoque attendamus apud Ioannē: *Quem Deus misit, verba Dei annuntiat: non enim illi dat Deus Spiritum ad mensuram.* Ibidem: *Testimonium ab hominibus non accipio.* Apud Matthæū, Scribas & Phariseos alloquens, & in eos Esaię vaticinium regerens: *Hic populus (inquit) ore suo mihi propinquat, labijsq; suis me honorat: cor autem eius longè est à me: sed frustra à me colunt, doctrinæ loco mandata hominum docentes.* Perlegite hoc caput, hypocritæ, qui populum seducitis, qui Rabbi nomen tam superbe vobis arrogatis, qui magistri nostri in sacra facultate videri & esse præsumitis: tūc videbitis, vos necne Deus hac oratione compellet.

Post Prophetica illa oracula, Sapientē quoq; Agurem in Prouerbijs audiamus: quid ille? *Omnis Dei sermo purga vs. clypeus est sperantibus in ipsum. His verbis ne quidquam adieceris, ne fortè increpet te, & mendax inueniaris.*

D. Paulus ad Timotheum, *Omnis scriptura est diuinitus inspirata*: diuinitus quidē aut sint igitur homunciones diuinitati dicā dicere absit. Ad Galatas, *Si nos aut alius quispiam vobis aliud euangelium euangelizauerit praterquam quod euangelizauimus vobis, anathema esto.*

Amplius ergo iuris habuerit Pauli successor, quam ipse sibi Paulus vsurparit. Non dicit, Contrarium Euangelium, sed, Aliud, diuersum Euangelium.

D. Petrus hæc pro coronide: *Propheta non fuit olim humanitus allata, sed sancti Dei homines, acti Spiritu sancto, loquuti sunt.* Annon hoc expressum, disertum, & quod quiuis intelligat? quod verò semel pronuntiauerit sanctus ille Dei Spiritus, an ab hominibus iterū sancietur? Absit.

Ad hæc omnia Scripturæ testimonia, si etiam Doctores Ecclesiastici requirantur, vnum citabo locum ex Tertulliano: (proximus certè fuit ille Apostolorū temporibus, & sæculi sui *θεολογικός* ταιος, cuius etiamnum auctoritatem, qui humanas traditiones tuentur, omniū maximè pro elypeo obtendunt) In Tractatu enim de

Corona Militis, duabus integris Schedis illam propugnat: sed traditionem ceremoniam. In omnibus enim exemplis illic citatis nullum est *et ipsi vixit*. Dicit in lib. de præscrip. aduers. hæc. *Nobis verò nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed nec eligere, quod aliquis de arbitrio suo induxerit: Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus assignauerunt.* Si autem Apostoli, bases illæ, fundamenta, & columnæ Ecclesiæ de suo nihil inducere potuerunt, quis illorū successoribus, multò minus priuilegiatis, facti veniam cōdonabit? Non visibile hoc solum, etiam palpabile est. O facinus audax! Nemo nostrum est in familiola sua, qui tibi ad eam administrandam sufficiens nō videatur, nemo qui serulos suos ferat vel tantillum imperatis addere, aut detrudere: nos audebimus Deum in rationem vocare, quasi non omnia ad salutem nostram necessaria præuiderit, quasi in Lege caput aliquod obliuione prætermiserit, cuius bonā hominum intentionem

nem iudicem arbitrariam substituerit? Hocce tolerabile? Quapropter dicit hominis sapientiam in conspectu eius merā esse insaniam: Hanc ob rem D. Paulus Athenis illos Græciæ sapientes ludos fecit, ostendens cū tota illa sua physica & metaphysica philosophia, cum numeris, cū atomis, cum Aegyptiaca scientia, cū metempsychosi Pythagorica, cum arcanis & mysterijs illis publicis, occultisq; inscitiam tamen suam ostentasse, qui diuinare nōdum potuissent, quisnā esset ille ΘΕΟΣ ΑΓΝΩΣΤΟΣ, cui tamen naturali quodā diuinitatis instinctu aram erexissent. Hāc ob rem, Dominus suos ex tot hominum millibus, tam diuersi studij, instituti ac professionis Apostolos selecturus, non nisi in misellum, simplicem & infirmum peccatorem lumina sua conuertit.

Nec reuera diuini consilij cū humano vllum est commercium, vlla communicatio: quumq; salus agitur æterna, media illius ab intellectus nostri fæce & corruptela tam sunt aliena, vt quodcunq; nostrum conferamus, noxx potius quam vni sui sit futurum. In postea tantum humi-

litate, & ignorantia nostrae confessione
 Deus acquiescit. Nihil scio (inquit Pau-
 lus) praeter Iesum Christum, eumq; cru-
 cifixum. Quis mihi (quaeso) dicturus est,
 cur in instituenda Iudaica religione Deus
 agnum rem sacra, porcum vero intesta-
 bilem & abominanda esse voluerit? Cur
 hircum in victimam peccati: cur par tur-
 turum in sacrificium *ἁγιασμοῦ* eximiu
 fecerit? Quae fieri potest, vt nos, qui ne mi-
 nutissimarum quidem rerum rationem
 reddere valemus, ita nobis sufficeni si-
 mus, vt de maximis quibusq; decernere
 praenobis feramus? Hodie velut ex tripode
 statuitur de animarum, postquam fun-
 ctae fuerint, domicilio: auctioni exponun-
 tur earum supplicia: salus est venalis: Para-
 disus licitatur: id totu, hoc ipso optimu,
 quia nobis allubescit, quia nostrae sunt fa-
 bricæ & opificinae. Scripturas id volumus
 quantumuis inuitas & reclamantes secu-
 dum nos pronuntiare: Deum in ratio-
 cinium & calculum bonorum operum no-
 strorum vocamus. Si redundat numerus,
 ea nobis supra debitum erogari, imputa-
 riq; flagitamus, quod reliquu est in bullu
 lam

lam Indulgētariam referri. Huic fundamento thesaurum supererogatorū operū astruximus. Longius etiā procedit audacia: creaturā loco creatoris, opificium opificis loco colimus, veneramur: ijs supplices fimus mortuis, qui viui indignissimè ferrēt diuinos honores ad se trāsferri: eorum imagunculis adgeniculamur, supplicia, deprecationes offerimus, magno illo & vero Mediatore post terga relicto, qui tamen adeò sui operis æmulus est, vt in humana salute ferat indignissimè corrualem. Certè animorum nostrorum libertate peruersè abutimur.

Antequàm tanti momēti dogmata in Ecclesiam reciperentur, mādato opus esset disertissimo: non autē detorquēdi essent loci impunè, ad leges conscientijs pronutu figēdas ac refigendas. Exemplū commemorabile citabo, quod vnicū sufficiat captiuādis animis nostris, quotiescunq; vel cogitare tantū succurrit, Deum esse: tantum abest, illius vt essentiā, illius arcana inquirendi, aut eius voluntates & decreta censuræ nostrę subijciendi ius nobis arrogare debeamus. Iobus hāc semel

prærogatiuã diuinitùs retulit, vt Domi-
 num suum familiari colloquio compel-
 laret: sed, quod amplius est, quã animad-
 uerteret Deus mussantem, ac dicẽtem, Si
 meus sodalis esses, si Deus non esses, si ho-
 mo esses, meus æqualis, mei similis, tecũ
 altercarer, tibi dicam scriberem: quærere
 libenter, cur me crucies, quum per omne
 vitam integer fuerim. Demisit Deus aurẽ
 ipsius fermocinijs. Id sacra testatur histo-
 ria. Iobus debile & exile ingenioli sui acu-
 men acuit, vt Deum arguat, exprobet in-
 iustitiam, mendacium, quippe quòd con-
 tra pacta, iustum, integrum, pium homi-
 nem affligi pateretur. Iehoua vocola vna
 hũc vermiculum elusit: audito q̃; , regerit
 tantũ, Agedum, igitur, ò Iobe, si mearũ
 actionum à me rationem exposcis, dic, a-
 ge, qua ratione mundum istum condide-
 rim, vbi terrarum tunc esses. quid ageres?
 Terræ mihi fundamenta ostende. Ocea-
 ni mihi matricem producat: tunc me in ius
 voces licet. Silet, arreptis adstat auribus,
 genua flectit, in faciem procidit, suaq̃; cõ-
 sternatione cõdocefactos nos admonet,
 nihil intra nos esse aut extra, vel reculã
 capax,

capax, non modò diuinæ, sed ne humanæ quidem, & nobis familiaris.

Nunc agè, historiã indagemus: quòq; in veritatem sacrorum codicum vnanimè consentiamus omnes, iure igitur mactari, & vindiciarum exinde agamus. Constat priores duas Scripturæ partes sub duobus diuersis tēporibus, Decalogi diploidē dico sub Lege rigoris, & Oratiōem Dominicã sex articulis comprehensam sub Lege gratiæ, illam quidem diuinæ iustitiæ ostentatricem, alteram gratiæ exhibitoricem, clarè & visibiliter sacrosancto Dei ore fuisse pronuntiatas. An non id satis? Quis autè eò audaciæ prorupisset, non dico ex vniuersa hominum multitudine, sed ne inter sanctos quidem Dei viros, vt illas auctoritate sua vellet sancire? Etiam si taceret hoc historia, ipsius Legis, & precationis substantia talis est, vt nemo à Deo secundus illarum auctor esse potuerit.

Vt enim conueniant omnes omnium hominum mētes, aut prohibitionibus Legis addituræ, aut in articulis precationis defectū aliquē notaturæ, hoc illis ad i-

τῶν est. Decem verborū complexu omnia
 mundi peccata continentur: sex verborū
 ambitu, vota omnia, (apud seſe expendat
 vnusquisq;) τὴν μὴ τοῦ certe diuini, non hu-
 mani operis. Maius autem à minore au-
 thoritatem nō ſumit: eſtq; partis a totius
 ratio analoga: ex ſolo huius aulæ volu-
 mine totius contextus iudiciū eſt. Quod
 autem præter ea quæ dicta ſunt, recepta
 in Eccleſiā interpretatio vera nō ſemper
 exiſtat, patet ex Matth. 15. Marc. 7. vbi Do-
 minus euidenter Scribis & Phariſæis fal-
 ſam eorum interpretationē & traditio-
 nem oſtendit.

Omnino, recta ratio ſi quæritur, quæ
 ſpecies hæc ratiunculæ homines, qui ſe-
 ipſos infirmiores agnoſcunt, quàm vt ſua
 ſint ſalutis auctores, ſatis virium habere
 ad eos libros auctorandos, in quibus ſalu-
 tis media continētur? Ergone imperito-
 rum de ſcientia ſummū fuerit arbitriū
 ergone cæci lucis principia perueſtigau-
 rint? Nihil iſtuc coloris habet. Obiicitur,
 non homines iudicare, ſed Spiritum ſan-
 ctum, qui prout amanuenſiū & præconū
 illorum diuiniffimorū manus, linguaſq;
 tetigit,

tetigit: sic etiam Doctorum Ecclesie iudicia ad sua ipsius scripta interpretanda dirigat. Secus est: historia rursus consulatur: Deus semel loquutus est Legem suam pronuntiando, nec amplius: quicquid sequutum est, huius Legis commentatio fuit & interpretatio. Quid Legem interpretari dico: per ipsissimam Legem. Manebat semper codex authenticus, cui nihil addi poterat, nihil detrahi. Quanquam vero nondum impleto salutari mysterio, necesse foret inter Legem & Euangelium, inter Moysen & Christum, à Deo frequenter internuntios subinde mitti, compluresque Prophetas suscitari, qui infidam hanc gentem in promissorum veritate confirmarent, nemo tamen à Mose inuentus est, qui aliquid ordinaret: qui populum, hoc vel illud facere iuberet, sed omnes vnanimitertantum illud dixerunt: Legem & prescripta vobis à Deo per Moysen custodite. Idem in Euangelio: Semel Deus per internuntios suos loquutus est, voluntatem suam patefecit, Spiritum dedit imperij & mandati, quem illico remouit, posterisque vnum obedientiam Spiritum reliquit: nouerat scilicet

scilicet improbissimum hominis geniū
 p̄bissimè. Quid? si quotidie fuisset inue-
 niendi, decurtandi, laxandi cōcessa liber-
 tas, proh! hominum fidem! quāta, quāta
 multa hæreseon mōstra peperisset illa li-
 centia, quum etiamnum hodie circumscri-
 ptis nobis verbo scripto cancellis, non ta-
 men ab eius deprauatione mentes illo-
 tas abstinuerimus, & glossemata recla-
 mātē cōtextu inducere p̄sumpserimus.

Quando nō obscure hodie vetera pro-
 bra in nos contorta retractamus, quæri-
 tur à nobis, quæ fuerit igitur Ecclesie, prio-
 ris illius p̄sertim & purioris auctori-
 tas, quasi verò illam pessundatam & pe-
 nitus extinctam tunc fuisse velimus. Dixi-
 iam pro cōcessa mihi temporis angustia,
 quatenus protendatur Pastorum Apосто-
 lis succedentium potestas: dignus vindic-
 ce nodus: maiore certè designato ad tam
 arduam quæstionem opus esset. En tibi
 tamen, ad salutare codices quod attinet,
 quid fecerit Ecclesia.

Eleazarus, Phineas, & eorum *ὄφθαλμοί*,
 testes fuerant oculati miraculorum per
 Moysen editorum, quæ homo, nisi *ἐπιβουλεύσει*
 edere

edere non potuisset. Ipsi *αὐτοῖς* testifica-
ti sunt, quorū recepto testimonio simul
etiam recepit Ecclesia diuini illius amasij
scripta, Spiritus interiore afflatu & vi oc-
cultā veritatis cōdocefacta, certaq; de il-
lorū salutifera veritate: maximè verò fre-
ta miraculosis tanti illius Herois facino-
ribus, qui quum ea patrasset, quę humanā
fidem superarent, nihil nisi *θεόπνευστον* in
codices referre potuit. Ab eo tēpore Do-
minus suos mittens prophetas, in eorum
sermonibus & scriptis eosdem, similesq;
enthusiasmos continuauit. Eandem do-
ctrinam docēt: pleni sunt eādē verissi-
morum vaticiniorum serie, notā certissi-
mā eiusdem Spiritus manum & linguam
impellentis: ornat adhuc sanctos illos ho-
mines excellentissimis dotibus, grandi-
bus & miraculosis effectis facit illustres:
Testis est illius temporis Ecclesia: testis
posthuma, iisdem exterioribus & intrin-
secis instructa *σημείοις*, eorum Prophetias
& scripta pro authenticis amplectitur.
Deniq; Dominus ipse incarnatus loqui-
tur, docet, fidis suis amanuēsibus suos de
Euangelio libros dictat: quod viderunt
magni

magni isti viri, quod audierūt à magistro, testatur, & in historia sua Prophetiarum in libro Mosis inchoatarum, & in libris omnibus prophetis continuatarū cōplementum pertexunt: lucet in ijs euidentissima veritatis series: quod non nisi ab ab vno eodēq; Spiritu proficisci potuit: sancti illi homines singularibus Domini sui charismatis, scientijs extraordinarijs, inauditis miraculis clarescunt: Ecclesia coæua, vt vidit, sic testata est: scripta q; illa, tanquā veritatis & auctoritatis plenissima recepit.

Illam igitur Ecclesiam verum potuit à falso dignoscere: dicere potuit, Hęc epistola est Pauli, illa nequaquam: non tamen eiusdē illius Ecclesię auctoritate verum est verum, hęc vel illa Pauli epistola verā doctrinam continet: huius rei vnicū *κεκ*
θη *ου* est sanctus Spiritus. Regis Administrari, Curię, Prætores provinciales, eius quidem diplomata recipiunt, sigillum & annulum recognoscunt, rāta habēt, promulgant: non autem ordinant, non componunt, non obsignāt, non sigillant: interpretari licet, non autem noui aut contrarij

trarij quicquam adijcere. Norunt aurifices aurum à cupro distinguere: non autè aurum idcirco conficiūt, nec possunt argētum aut plumbum admixtum vel adiectum in aurum vi mixturæ aut additamenti convertere.

Attamen, quum priuatus tantum homo spectatur, nō debeo ego librum eius aut dogma recipere, nisi prius in Ecclesiā receptum videro: non debet enim priuatus anteire: sed stare illū Ecclesiæ cōsensu par est. Quoties autem in ipso Ecclesiæ sinu inter ipsos Pastores aliquid ortum est controuersiæ, tunc ad codicem recurrendum, ad cōdicis iudicium prouocandum est. Atq; hæc nuda, veraq; est huius argumenti intelligentia.

Hoc posito fundamento, dum considero quid nostræ sit fidei, dico amplius, causam non esse, cur nomen hæreticorū nobis tribuatur. Hæreticus proprie loquendo is est, qui selectam aliquam opinionem mordicū tenet & asseueranter profitetur, non autè ille, qui alterius sententiam aut negat, aut in controuersiam vocat. Quod si ita est, nobis iam fit iniuria.

ria, dū hæc dedecoris nota inuritur, quū nihil verū affirmemus, quod vnā nobiscum totus Christianismus verum nō affirmet. Appello eorum ipsorū conscientiam, à quibus sic denominamur. Cuius notæ nulla certè vnquā hæretici doctrina fuit inuenta. Pro parte igitur affirmante, vacamus errore. Pro negante, nobis etiam illud exprobrari non potest, vllum vnquam à nobis diuinæ legis mādatum, vllum Scripturæ contextum, vllum fidei articulum abnegatum. Quod enim ad orationem pro mortuis, ad Diuorum inuocationem, ad meritorum & Purgatorij opinionem attinet, si negamus, nullū tamen expressum contextum negamus, nullum expressum mandatum repudiamus: notum est, istis opinionibus nullū positum esse præceptum, nullum contextum suffragari: & illarū assertores argumenta sua inde per scripturæ quasdam inductiones, aut antiquitatis exépla, aut traditionis regulas, detorquere. Quare iam nobis hac in parte fit iniuria.

Expecto in promptu respōsum, negari igitur à nobis contextum, & ipsissima verba,

verba, καὶ τὸ πῆρὸν in sacro Eucharistiæ my-
 sterio. Maior hæc quæstio, quam vt tam
 breuibus spatiis circumscribi possit. hoc
 tantum dicam: Verba non negamus, in-
 terpretationē, quæ verbis astringitur, pne-
 gamus: Hæ sunt duæ ex aduerso sententiæ:
 accedat purum ab omni affectu iudiciū.
 Dicit Dominus: *Hoc est corpus meum: Hic
 est sanguis meus.* Ad hæc mandatū adiun-
 gitur: *Quotiescunq; conueneritis, hoc facite
 in mei commemorationem.* Hanc igitur v-
 trique actionem in Domini memoriā
 celebramus: celebrantes cōfitemur vim,
 efficaciam & sanctitatem alij quidem, sa-
 cramenti, alij verò, Sacrificij. Sed ecce di-
 scrimen. Dicunt Catholici Romani post
 sacrorum verborum prolationem, panē
 in carnem, vinum in sanguinem transfor-
 mari: In speciebus panis & vini sic com-
 mutatis, sacrum Domini Corpus quan-
 tum è cruce pependit, inueniri, quod cœ-
 lo delapsum oraliter manducant & corp-
 poraliter dentibus corporeis frangant,
 sed in spirituale alimētum. Nos dicimus,
 sumentes panem & vinum signa visibilia,
 quæ signa non forent, nisi aliquid signi-
 ficarent,

ficarent, signa sacramentum non compositura, nisi signa essent, signa, quæ simul signa, & res signate esse non possunt, ea (inquam) manibus sumendo, dentibusq; corporalibus manducando, nos fide & spiritualiter verum & viuum panem qui de celo descendit, manducare, verum corpus, & verum sanguinem Domini in spiritualem alimoniam participare.

Si hæc hæresis est, hæreticus est certe Tertullianus, quum dicit, Hoc est corpus meum, id est, figura corporis mei: est & Augustinus dicens, Crede, & manducaſti. Si autem hæc maxima est controuersarum quæſtionum, illam liberè profitebor: mihi que ausim confidenter polliceri, si datur vnquam sancti & liberi Concilij facultas, Spiritum Dei sine dubio, quid credi velit, esse pronuntiaturum: eò nos æquum est vota omnia nostra cõuertere. Vtunque sit, assero, iuxta hanc regulam, nobis illud liquidò demonstrari oportere, aut, quicquid hodie in Ecclesiam introduci- tur, verbo Dei cõcordare, aut, ab Apostolorum sæculo, Ecclesiam ijs tẽporis progressu addere, vel detrahete potuisse. Quod si
ita

ita est, fateor nos hæreticos, nisi nosmeti-
 psi vltro submittamus. Sin autem, huius
 axiomatis constantissima est veritas, Spi-
 ritus sancti, & hagiographorum à diuinis
 amanuësis exceptorum auctoritatem
 Ecclesiæ visibili adhuc in terris militanti
 præponderare: non licere hominibus sa-
 lutiferos codices emendare, imò ne ijs
 quidem addere: quòd si & digito & *auto-*
vis monstrauerimus, multa quæ hodie
 plausibiliter recepta sunt, non solum ad-
 ditamenta esse, verum etiã contraria ver-
 bo diuino dogmata, odiosum illud no-
 men nobis immerëtibus imponitur hoc
 solo nomine, q̄ Reformationē petamus.

Hæc sunt, quæ ex Theologicis canoni-
 bus colligere potui, vt ijs responderē, qui
 nos inauditos illicò, vt hæreticos dānant,
 nisi Religionem mutemus: & qui volunt,
 Regem, ni faciat, iram diuinam regno suo
 accersere. De his quæ dico syncerè & can-
 didè iudicent, quemadmodum syncerè,
 candidèq; scribo: & vnū saltem experien-
 tur, plus posse in hoc negotio rationem,
 quàm vim: amicè conferendo & audien-
 do, non autem altercādo & ad manus veni-
 niendo

niendo veritatem inueniri, Regemq; regia hac via ductum, milles facilius possit eò, vnde egressus dicitur, regredi, quam si in perniciem eius totum regnum ad rebellionem, perduellionemq; sollicitetur, aut si Romani Pontifices totam Europam in arma concitent, eum vt districto mucrone conuertant.

Quòd autem ad politicàs rationes attinet, ob quas culpatur, quòd Catholicà Apostolicà, Romanam Religionem nondum sit professus, de ijs quid diciturus sim, nescio. Si hominibus forsitan Atheis, licuit in consilio Principi dando de rebus ad salutem pertinentibus humana & profana sacris miscere, non mihi videor salua conscientia, illis vt respondeam, idem facere debere. Est præterea in eorù discursibus tanta debilitas & vanitas, vt aduersus apud aculeos clypeum septemplex aptare vellet indecorum. Iam antehac explicui, quæ sint maxime, firmissimæq; causæ, propter quas belli isti commentatores Regi nostro aut casum aut conseruationem vaticinantur, si non tam solennem actionem maturet aut retardet: omnes certe speciosas rationes

ratiunculae omnes ad Huguonottu con-
 clamandum appositissimae, omnes baiu-
 lis & calonibus, omnes maxime, furiosis-
 simae, vilissimaeq; principatus parti plau-
 sibles, omnes deniq; ad status subuersio-
 ne flagrante praesertim cotrouersia com-
 probandam aptissimae: sed omnes tande
 co, tanquam ad scopum vnicu colliman-
 tes, vt Rex apud hostes pessime audiat: a-
 pud nos omnium Galliae calamitatum
 reus peragatur. Ad pueros igitur relego, a
 quibus responsum ferant. Neq; enim di-
 gna, mi luste, tua seueritate mea foret re-
 futatio. Nimiū certe nosti, Reges, donec
 spirant, ad ea que vite & saluti conferunt,
 adspirare: sed mortuos securos esse, an
 Sandionytium an Clerym eorum funus
 efferatur: isti tamē inter praecipua firma-
 menta gerras illas suas numerant, quae ad
 nostri huius conuersione viam muniant.
 Ad vnu exurgam, puta, si modo mihi im-
 perare id possum, vt patientiae meae fræna
 injciam; atq; ad id quidem verbo tatum
 respondebo. Regi fidem obstringunt, si
 fiat Catholicus, hostibus ansam bellige-
 randi praerepturum esse, simulq; cunctas

Galliæ ciuitates sese illi dedituras. Hic triplici catena vincetus haud scio an saniorē mentem, iudicium, rationem, patientiā sim retenturus, si paciētē velim aurem non rationi, sed rancidæ fabulæ commo- dare, quæ non solum falsitatis plenissima est (vah! quam prætextu non caret, qui regnandi causa armatur!) sed etiā sophismatis, sceleris, proditionis. Quid cogitan- tes hunc hostium prætextū admittimus? quibūsnam (quæso) fit grauior iniuria, istisne hominibus, quibus perplacet suas hoc pacto actiones esse comprobatas, an Regi, in quæ, simulatis blanditijs, crimen omne belli ciuilibis conijcitur? Perinde est mihi, ac si etiā dicas, ô Antichristiane scri- ba, Quod recusas, ô Rex, fieri Catholicus, in causa es, cur iustè arma capiant hostes, & cur iustè in Regnum tuum vindicet Deus. Est ne adhuc igitur quispiam credu- lus, qui sibi persuadeat causam Religio- nis eandem quoq; belli huius nostri ciuilibis esse? Ah! obsecro, id si hætenus credi- distis, ô boni, cōtra tot nostras verissimas obtestationes ab ineunte bello, & postea factas, cædes illa saltē nefaria Regis mo- nachi

nachi (det veniam verbo serenissima (ô Rex) tua maiestas) Regis superstitiosi, Regis hæreticorum, vt tunc vocitabantur, cruore rubentis adhuc & commaculati, exēplo sit vobis, quàm minimæ futurus esset apud plebē fidei & auctoritatis Catholicus neophytus, Catholicus quadragenarius, gladio & pugione conuersus, professus ad has cōminationes, nunquā antē Regem fore, quàm habitum, quem vocāt, sumpserit, Religiosus, qui iam obaudiat de abiectō (vt gallico prouerbio dicitur) in vrticas cucullo, qui relapsus, qui impœnitens, qui excōmunicatus, qui apofynagogus nominetur. O' insaniam! admittantur hæ rationes! sed quibus locis, bone Deus, dicuntur? adhuc ne recipiuntur? Quisquis ille es Commentationis istius auctōr, res nostras non ita penitus ignoras, quin libros Lutetiæ & alibi ante annū excusos, iam perlegeris, in quibus fusè ostēditur, vt maximè tunc temporis Rex Catholicus fieri in animū induxisset, serius id futurum, iam admissibilem non esse: oportuisse primò omniū diuturno & acerbo bello ijs qui reforma-

tiorem Religionem tueri se dicunt, illatos
 zelotas Catholicos de conuersionis sue
 sinceritate confirmasse, certioresq; red-
 didisse. Quemadmodum sane non dubito
 quin hæc prima sit petitio, vt professione
 suam mutet: altera, vt bellum Huguono-
 tis inferat. Neq; huius maior aliqua ha-
 benda ratio, quam præcessoris habita si-
 videtur, qui anno 1585 super hac contro-
 uersia ad lorica[m] induendam compul-
 sus est. Inter eos Rex nequit esse Catholi-
 cus, qui totum suum Regnum ad hæreti-
 cum occidendum, & extirpandum, non
 periclitetur. Hæc illa fuit in defunctum
 querela, quod verus & zelatus non esset
 Catholicus: hoc pacto conscienciam istius
 æternum suspectam habebunt: hæc enim
 vnica est inter eos boni zeli nota.

Vestris illis affectis reliquos vestros, &
 Capnopolæ famulos asseruate. Cum
 viris, non cum pueris, qui ostragalibus deci-
 piantur, vobis negotium est. Quæ sint Gal-
 liæ factiones, & quisnam ex hostibus zeli
 tantum cestro moueantur, notius nobis
 est, quam vobis: cunctæ vrbes nobis notæ
 sunt, exploratissimus earum genius, studium,
 facult-

facultas: & si esset res adiaphora atq; vul-
garis Religionis immutatio, alijs certè pi-
gnoribus opus esset, quam futilibus ves-
tris sermunculis, ad Regem in irrepara-
bilem lapsum impellendum.

Obsecro te, Iuste, omnesq; qui ista le-
gent, vt bona cum venia liceat, hîc com-
pendium quærere, omnesq; illas humani
calculi ratiunculas silentio præterire, in-
re præsertim tam necessaria, vbi agitur vi-
ta & salus sempiterna. Testor de industria
sexcentas stylo meo hæere validissimas
quidem illas & consideratione dignissi-
mas rationes, & quæ potuerint nõn nisi iu-
stissimè Regem ab innouatione Religio-
nis inducèda, maximè quidem ea forma
quæ hodie desideratur à plerisq;, prohi-
bere. Equidè minimè vnus illas pernoui:
videt tota Gallia: videt etiam tristissimos
casus tumultuariam istam & violentam
immutationem indubitèter sequuturos.
Ideò prætermitto, indignabundus etiam,
eouq; me erupisse, vt vel os soluerim. E-
nimuerò iudicabis eò tantum pertinere
meam istam digressiunculã, vt historio-
graphos istos ciuiles ludos faciã, qui au-
reum

reum verbū dixisse, & *μυσήριον μυσήριον*
des se respexisse putant, si exclamauerint.
 Per te stat vnum, ô Rex, quin pacatè impe-
 res: si enim vel semel missificare animum
 induceres, omnes inimici tibi ad genua
 prociderent. Is non sum, nec adsum, illi
 vt dicā, bene an secus faciat, si fecerit: do-
 ctorum est: sed si hoc regnandi causa con-
 silium datis, agite ergo, id ne frustra fiet,
 vt hoc etiam verbum effutiam. O' vos, nō
 veri sed verisimilis cōsultores! Quid er-
 go: an excidit vobis memoriā Rex defun-
 ctus: an vobis toties idē erit inculcandū?

Vela, iuste, contrahamus: nunquam ei-
 nim finis esset: sed concede primū ad-
 uersarijs nostris scrupulum vt eximam,
 quem maximè obtendūt, & in cuius um-
 bra, nostrū non pauci volunt delitescere.
 Hæc enim videtur insanix illorum sa-
 cra (vt dicitur) Anchora. Dum igitur ani-
 maduertunt tam veris argumentis falsif-
 simum hunc illis prætextum eripi, exem-
 ploq; sancti Regis demonstrari, huius no-
 stri conscientix respectum & considera-
 tionem perparum illos tangere, ad aliud
 extremum prorumpunt, & bellum se ge-
 rere

rere causantur tuendæ tantum causa Religionis: non quòd adhuc in eos persecutio instruatur, non quòd illorum animis vis inferatur: sed in posterum sibi illud metuunt, neve Rex hæreticus fidem suam in Regno constabiliat extirpata vera Religione: & ecce tunc Catholicus Anglus ab hære suæ exemplo ad raucim usq; argutando debacchatur.

Hæc certè optima pars illarum *virtutes* pessimè tamen clauata. Dicunt Dialectici, similitudines omnes claudicare: hæc ne tibiam quidem sanam habet.

Henricus VIII. Angliæ rex decem iam annos in honore & pace regnauerat, regnumq; suum habebat totum ad obedientiam compositum. Illius memoriã toto orbe Christiano maiore, quàm 1200. ante annis (vt nemo nescit) erant in pretio & dignitate literarum & scientiarum studia. Illius memoriã, Lutheri & aliorum expostulationes de corruptelis in Ecclesia introductis, maximeq; de immoderata Pontificum auctoritate, hominum aures ita perculserunt, vt in ipsius regno & que ac alibi, complures inuenirentur, qui
Refor-

Reformationē & peterent & expeterent.
 Tunc ingens casus accidit. Hic Rex, ma-
 gnus alioqui Princeps, vt fuit id cui ma-
 gnorum Heroum ferē omnibus in orbis
 terræ partibus ferax, impensē mulierosus
 fuit. Adueniens ad Coronā suadetur Ar-
 ragoniam filiam in matrimonium du-
 cere, quam frater natus maximus vxorem
 habuisset, sed integram (vt ferebatur) re-
 liquisset, à morbo repētino ipsissima nu-
 ptiarum nocte correptus. Cōsultò fecit,
 vt regnū fœdere firmaret. Sed paulò post
 vxoris fatias illum cepit. Quum tamen in
 impetrāda matrimonij illius permissio-
 ne satis laborasset, illi planē interdicta est
 repudij relaxatio: nec eo contentus Pon-
 tificex, ipsiusque Legatus, quòd priuata id
 auctoritate fecisset, damnat. Nouo quo-
 dā amore iam tenebatur: nec non popu-
 lus ipse Hispanicam iitam affinitate, que
 præsertim incestuosa ferebatur, abhorre-
 re cœperat: eratq; iam Pontifici, qui hoc
 subiectū attriperet illius pessimē tractan-
 di, factus offensior. Hoc malum quum in
 id tempus incideret, quo Pontificum ty-
 rannis conclamabatur, facile fuit Regi
 perlua-

persuadere iugum illorum excutere, doctrinâq; vniuersali, & Catholica contentum esse: in ditione autem sua politiam Ecclesiasticam, & peculiarem ordinem, qui ab illo tantum penderet, instituere. Theorema certè, cui probâdo haud magna inest difficultas: & à cuius veritate priuilegia & immunitates Ecclesiæ Gallicanæ haud multum recedunt. Rex igitur, populû (vt dixi) sui obseruantissimû quum haberet, simulq; offensum videret corruptelis in Ecclesiâ receptis, Episcopis suis Reformationem proponendam curauit: à quibus recepta est, Clerusq; toto cum Regno, Romanensium Episcoporum spiritali iuxta & temporali iugo liberatus. Cogitent id seriò Pontifices nostri, si volunt: fortassè in excubijs sumus simillimæ apud nos liberationis, nisi aliter nos tractauerint. Qui autem Anglicani status notitiam habent, sciunt popularem ordinem viribus superare: primariosq; ordinis Equestris & Cleri minimi errati supplicium carnificis manibus, quum ita res postulat, subire. Qui rerum humanarum idonei sunt iudices, sciunt omnium ordinum,

num, popularem esse rerum nouarum
capacissimum. Facile fuit ergo dicto Re-
gi iam pridem populum ad obsequium
comparatum habenti, populo id persua-
dere, in quod ante Regem sponte iam in-
clinaret: & credo equidē, si anno 60. Gal-
lia Regem ita animatum nacta esset, non
futurū illi difficile fuisse in eam partem
populum suū conuertere. Quoties enim
maximus numerus in rem aliquam con-
sensit, facilis est reliquorum in eundem
consensum pertractio. Hodie verò, alte-
ram comparationis partem inducentes,
expendamus parumper, idēne nostrā
in Gallia locū posset inuenire. Dico neq;
hīc nec vbiuis terrarum, non primū ab-
sentiente, cupiente, desiderante plebe, fie-
ri posse vt Princeps aliquam in cultu di-
uino mutationem inuehat. Si quid noui
cupit Rex in Regnum suum inducere, aut
voluntate id obtineat, aut vi, necesse est.
Voluntate quidē, aut exemplo, aut per-
suasione. De exemplo, quid? annon olim
in Ecclesia Principes extiterunt Arriani,
Nouatiani, Relapsi, Pagani, Apostatae,
quorum exempla eius puritatē minimē
tamen

tamen labefactauerunt? Sacrum hoc corpus, donec Spiritus sancti veritatem ducem & Cynosuram habeat, nullius prauis exempli, nullius falsæ persuasionis capax est. Ostētet mundana omnia Regna (quantum volet) Satanæ: nō idcirco Dei filius ex pinnaculo tēpli se deorsum precipitaturus est. Ne nos iste metus perturbet. Meminerimus autē dicti Gamalielis: Si hæc nouitas (non enim est huius tēporis isthæc odiosa veritatis cognominatio) à Deo est, non dissipabitis vos, qui homines estis: si aliunde, à semetipsa dissoluetur.

De vi autem videamus, quam possit Rex optimam methodum sequi. Oportet primū omnium vt nobilissimas omnes Gallix vrbes in potestatem suā reducat, suæq; professionis Euangelicæ hominibus compleat. Bene, posset illud durante adhuc bello cōsequi. Vi enim si expugnauerit, quos volet, intrudet: nihilo tamen minus exterarum gentium auxilijs opus erit: nō enim Huguonottorum satis in Gallia, qui Lutetiam solam impleant. Adhæc à Catholicis non minus

N quàm

quàm ab alijs stipatur & adiuuatur. Num
 ex singulis vrbibus, quas expugnauerit,
 Præsidentem & præsidium Huguonoticum
 deliget? Quid adhæc Catholici dicerent?
 Fieri non potest. quomodo autem se ge-
 rat hac in parte, minimè est obscurum. E-
 contra, ponamus pacem esse, qui posset
 in omnibus illis maioribus præsidium lo-
 care? num illarum aliqua reciperet? Co-
 gantur verò: quid? an minus priuilegij
 habeant quàm Rupella? *Αδύατοι*, ab-
 surdum: ac sanè vrbibus, quæ ciuibus abun-
 dent obsequiosis, alio præsidio non est o-
 pus, nisi cerdonum, qui portæ superiorè
 partem conduxerint. Hæc de populo.

Dicamus de Nobilitate: quæ ratio ini-
 ri poterit ad cogendas tres Nobilium my-
 riadas, omnes Principes, omnes Regni
 proceres, omnes præsertim insignioris
 notæ magnates? quibus auxilijs? ubi co-
 mitia habebuntur? quis in hanc rem Re-
 gi adfuturus est? De Clero autem: donec
 stabit integer & incorruptus cū Equestri-
 tum Popularis ordo, dum munitissima
 illa loca erunt *ἀνάλωζα*, Ecclesiã quis vr-
 gebit? Clerum quis vi coget? Ministri (si
 Deo

Deo placet) Rupellani & Bergeracenses, q̄ Cardinales, Episcopos, Archiepiscopos Geneuam citaturi sunt. Luditis hypocritæ, quum illis hunc metum vultis incutere: cogitate seriò vos illud credere, & impense metuere.

Iudicauerint etiam Macci & Buccones, si datur ad horæ quadrantem cogitandi spatium, id quod dico verissimū esse: sed purgatæ auris esse oportet, qui velit imaginarij huius terriculamēti artificium dignoscere. Verum est vetus illud Gallicū, Nihil compendiosius est, quàm aqua turbida piscari. Vidi homines nunquā quietos, nisi quum inquieti sunt maximè, qui atros & infaustos de industria tabellarios conducunt: qui faces admouent, vt ad Lymphā concurratur. Quid faceret tumultuosus sublata tumultuatiōe? Quid iuris habuisset Clericus in Bastilla, sine sua illa seditione? Vnde trecenta aureorum millia, nisi ex hoc fonte, corrasisset? Quum abest malum, adesse, aut rediturū esse con fingendum est: nisi occiditur, incenditur, cædes, incendia minitari saltem oportet. Breuiter caueatur illud, ne pacis

& ordinis gustus vllus ingenijs hominũ
 præbeatur: caueatur summe incen dij re-
 stinctio. Multò enim instaurare, quàm fo-
 vere incendium difficilius est. Et ecce no-
 stra vt acta Deus absoluerit (Deo sit laus:)
 quum contrà post busta, post tormenta,
 post lanienas, vix nobis gladij præcinctio
 persuaderi possit: isti iam ante commi-
 nationem destrinxerunt.

Attamē his positis (facere nō possum
 quin & hāc quoq; παρρησιαυ mihi permit-
 tam: sermo enim sermonem trahit) Etiā
 si Rex inuisus, innominatus, inauditus
 hereticus, apostata, apōsynagogus decla-
 ratus esset: etiā si peior adhuc esset: etiā si
 persecutor: dicite mihi vos, Hierophantæ
 Cleri primarij, num tametsi illa omnia
 concurrant (nihil autem istorum hīc ani-
 maduertitis) liceat vobis Regni incapacē
 declarare: proferte auctoritatem, præscri-
 ptum, exemplum: dicite mihi, sit ne sub-
 ditis integrū hodie ordinem illū à Deo,
 patrum & auorum nostrorum consensu,
 tot annorum serie in hoc Regno sancitū
 & roboratum inuertere? Dicite mihi, nū
 Petrus & Paulus conferendū seu auferendū
 regna

regna & principatus ius sibi aliquando v-
 surparint: num disciplina Christiana, nū
 censura Ecclesiasticæ potestatem suā vl-
 tra communionis corporis Dominici fi-
 nes extenderint? Num priuato excōmu-
 nicationes bona sua vnquam proscripse-
 rint, quomodo igitur Regi suum regnū?
 Dicite adhuc mihi, Quorsum abibit pro-
 nūtiatum illud filij Dei: Meum Regnum
 non est hinc? Quorsum dixerit, Reddite
 Cæsari quæ sunt Cæsaris: quorsum disci-
 pulo succensuerit, qui aduersus politicū
 magistratum gladium strinxisset, expo-
 brans ei, non illum animaduertere, si vo-
 luisset, etiam nictu oculi Angelicas legio-
 nes ad pedes præsto affore? quorsum ille
 ipse *Deus* *Abipnos*, maximorum Maximus,
 Caput Ecclesiæ suæ, potentia, gloria, ro-
 bore instructissimus Ethnici iudicium, si-
 ne prouocatione, sine defensione, subie-
 rit: vos autem, culices, vos vermiculi ter-
 rigentæ, contra exemplum & prohibiti-
 onem Filij Iehouæ Regna inuertere moli-
 mini, coronas & diademata decernitis,
 Reges vestros occiditis, trucidatis: in eo-
 rum memoriam maledicta & Diras euo-
 mitis:

mitis: hæredes eorum & successores expel-
litis? Vestrum est hæreticorum nomen:
nihil ad nos. Neq; enim scripturarum au-
thoritas, neq; purioris illius, neq; nostro-
rum temporum Ecclesiæ exemplum, vo-
bis illud suggerit.

Vobis tamen ignoscendum, qui pro-
pter hæresin Regem hunc regno indignū
pronūtiatis. Iniquiores in Antecessorem
Regem, etiam leuiori de causa fuistis, in
quem tamen nulla subesset suspicio. Qui
extremam aleam semel iacere volunt, no-
vnam *περόφασιν* arripiunt.

Dicam tamen, si Regnum hoc nostrū
Electiuum foret, meæq; partes essent, in
media concione populis Regem suadentē
di, non certe Atheum, non vitiosum, non
hæreticum, non Turcam, non Iudeū sua-
derem. Sed quum diuina dispensatione
nascitur qualiscūq;, anathema esto, qui-
quis Dei ordinationem inuertit. Quis scis,
infelix, qua fini Deus immittat? vis igitur
diuinum iudicium anteuertere? Inter tot
Iudæ & Israelis Reges vix duos pios popu-
lo suo largiri visum est. Quis scis vtrū *Δα-
κτλω* aliquē Deus immittat ad fidem, ad
con-

constantiam Ecclesiæ explorandam, ad eandem Martyrū cineribus & sanguine propagandam, prosperandam? Non contineo me: Non istud ne timeatis, ô Ecclesiastici. Non æquum vos adhuc persecutionis honorem, infallibilē veritatis notam, nobis præripere. Damnati semper, nunquam persecutionem passi sunt hæretici. Nullius res exempli. Causa verò licet martyrem faciat, non pœna, nūquam tamen tulit Deus hanc sacrā victoriæ lauream, hoc honoris insigne hæretico capiti esse ornamento: sin verò supplicia & pœnas hæreticis aliquādo permisit, nunquā tamen in ijs enituit hilaris illa cōstantia, gloriosum illud gaudium, cruciatuū ille contēptus, quo Martyres de aquarū gurgitibus, de carceribus, de aëre, de flāmis, singulis elementis in reos testesq; suæ innocentix citatis, triumpharunt.

Deo visum aliter: non secundis rebus, non Principum gratia propagatur Ecclesia: splendet sub tyrannis: tormentorum vomere vertitur: Regum huius sæculi fæce & stercore impinguatur: cinerib. profeminatur, sanguine & lachrymis irrigatur:

tur: vt Sole, flammis, vt rore, carnificina
 vtitur: floret Autumno calamitatum: nec
 nisi tribulationū hyeme fructus profert
 suauissimos. Has notas cū vestro illo tot
 annorum statu (quæso) conferte: tunc cō-
 perietis, luxum vestrū, opulentiam, otii,
 speciem mundanam, pompam, coronas,
 thiaras, splēdorem, auri vestri fulgorem,
 lapillorum nitorem, tot diuitias tam o-
 tiosē tanta copia vobis possessas, nihil cū
 isto crucis stemmate commune habere:
 vt certē, nisi alias notas habueritis, fere di-
 ci possit, Vos Dei Ecclesiam non esse.

Claudamus nunc tandem sermo-
 nem: quumque morbi non sint re Regen-
 di, nisi promatur remedia: agedum, salu-
 tari consilio finiam. Hostes alloqui cello:
 scio enim alia designata mente agitare,
 malorumq; nostrorum securos esse; allo-
 quor eos ex numero nostro, qui bono ze-
 lo ducti (fateor) Pacis & Religionis, optāt
 quotidie Regem Catholicum fieri, hanc
 vnam esse restituendo Gallix otio paci q;
 viam arbitantes.

Vultis tamen vos, qui in hac estis sen-
 tentia, qui in hoc saxum impiigitis, opti-
 177

ma via insistere, licet sit certè optabilior Ecclesiæ totius reconciliatio, quam vnus hominis conuersio, hanc quã vobis modò rationem proponam, sequimini.

Tumultuantis populi nostri prætextũ admittitis, qui suam inobedientiam Religionis larua induit: orationem eorum recipitis: verum esse putatis quod dicunt Regi, si missam vnã audierit, se ad pedes statim arma posituros. Esto sanè: reapse quid sit futurum, videamus. Certè enim commiseratione illud dignissimum, inter nos esse tam supina ingenia, quæ mutationem hanc postridie putent pacẽ esse allaturã, & per Regem stare credãt, quominus aureum sæculum postliminio reuertatur, & diuinus fauor ac benedictio Regnum hoc denuò respiciat: qui etiam musitēt, muginentur, Chimæras & Tragalaphos tertiæ cuiusdam partis sibi fingant, quibus per phantasma Galliam totam implicent. Si ita est, ne tam multa dicite, plura præstate: nõ hîc verborum, sed rerum & effectorum copia opus: firmissimis propositis, non deliberationibus: scriptis articulis, non postcœnicis confabula-

bulationibus: factis, non pactis inanibus.
 Vt politicus loquor: sic enim cogor face-
 re, siue vt meum stylum captui vestro at-
 temperem, & ostendam ex operis difficul-
 tate, vestram euanidam esse propositio-
 nem, siue quòd (quemadmodum antea
 sum testatus) non profiteor me quenquã
 Theologiã docere velle: discere, meũ est.

Auctor igitur sum, à subditis vt primũ
 initium faciatis (quod æquitas ipsa postu-
 lat) tum demum in Regem desinetis. Pul-
 sum Catholicorum hostium nostrorum
 paulisper (quæso) tentate: animum explo-
 rate, vos qui in eadẽ diuini cultus forma
 conuenitis, quibusq; tantum *πείρα* *novag-*
xias cõtrouersia est, quam defenditis vos,
 illi student conuellere. Date operam, vt
 D. Mænius, omnes partiaræ vrbes, pri-
 marij de Clero, Equestriq; ordine qui il-
 lius signa sequuntur, spondeat iam nunc
 per Legatos, communi publicoq; omniũ
 consilio, synceram, veram, illibatam Res-
 gi obedientiam, quali antecessores suos
 venerati sunt, ea lege, vt Catholicã Apo-
 stolicam Romanam Religionem profi-
 teatur: Dum se eò necessaria institutione
 compa-

comparabit (iudicatis enim (opinor) nō
 eō posse primò impetu desilire, priusque
 ei, ubi errauerit, intelligendum esse: aliò-
 qui nulla humana consideratio, nullum
 fatis amplum & diues Regnū esse potest,
 quod caput illud de salute aut exitio sem-
 piterno adiaphorum reddat:) dum (in-
 quam) à vobis instituetur (& fortè illum
 instituendo vosmetipsos instituetis) faci-
 te vt arma vnco pendeat totā, quā latè
 patet, Galliā: exteræ gentes abscedant, no-
 stris negotijs neutra ex parte se immi-
 sceant: nobis illa decidenda relinquunt.
 Dabitur, (opinor) primum hunc appara-
 tum esse necessarium. Restinguendū est
 culinarium incendium camino, dum ap-
 paratur epulum, accensum, antequā con-
 iuiuarum fiat accubitus. Ableganda prius
 à corpore febricula est, à vulnere gangræ-
 na, quā quidquam attrectes. Dicere au-
 tem, periculum fore, ne interim inermes
 essent Ligarij, absurdū. Opportuna quō-
 dam fortassis hæc ratio fuit Huguonot-
 tis, qui Sebenos tantū tenebant: sed vr-
 bium præcipuarum dominis, ijsq; qui à
 Regis lateribus tot Proceres habent, qui
 suam

suam Religionem profiteantur, quorum
fidei stare possint, nulla est metuendi oc-
casio. nihil enim hoc tandē est aliud, quā
imaginaria exarmatio. Propterea non cō-
tinuō viribus potior Rex omnes illorum
ciuitates ingrediatur, non continuō pe-
dibus manibusq; alligatis vires adimet.
Stabūt semper pedibus, ad palinodiam,
quando collibitum erit, redituri.

Posthæc Regē adite præmeditati, accio-
cti, dictorum bene conscij: primū illi,
pro status parte, vniuersum Gallia ad e-
ius obedientiam consensum, ad pacē to-
to Regno stabiliēdam, repræsentate. Di-
scrimen quod sit inter regni iam parti, pa-
cati & tranquillī possessionem, & inter
eiusdem per mille casus, labores & peri-
cula conquisitionem, facite vt iudicij li-
ma dijudicet. Duas tabellas pingite, hanc
pacis, belli alteram: in illa quidem, otio
florētem urbem, bonorum omnium di-
uitem, ædificijs superbam, gaudio & va-
rijs voluptatibus delibutā, Regi magnifi-
cum & gloriosum aditum præparantem:
in altera, ponite ob oculos obsidionem,
ruinas, saxorum & corporum cadauera,
muros

muros arietum percussione hiantes:
 portas disiectis lapidū molibus amicis,
 inimicis imperuias: æquata solo palatia:
 incensa domorum fastigia, ferrum & san-
 guinem, violentiam infra & deprædationem:
 nolite adhæc insignia verborū schemata,
 quibus hoc subiectum est fœcundissimū,
 prætermittere: nullum inutile fore mihi
 ipse persuaferim, & pro pace, pro otio,
 pro regni trāquillitate adductum iri in
 vestram sententiam nullo labore.

Secundò, vt eum priuatim optimæ
 Theologiæ capacem reddatis, de Catholicorum
 omnium Gallicorum cœtu (nō eorum tantum
 dico, qui sapientiores officium non sunt
 oblitī, sed aduersariorū quoque, nequid
 omittatur) doctissimos quoque, & doctrina
 ac moribus venerabiles seligite. Eum
 alloquantur, audiant: dicant saltem, quod
 Turcæ, quod Mahumetano dicturi essent:
 Homo allophyle, Deum ignoras, opinionem
 veritati contrariam tenes. Annon hoc est
 quod minimum sacræ regiæ maiestati debetur
 officium? Patietur, feret, sustinebit. Sed
 ferat ipsi quoque respōsum: ipse cum institutio-
 ribus

ribus suis & ὁμοιοδιδάκτοις, mansuetè rationem eorum que tum docuerunt, tum didicerunt, reddere permittatur. Ipsi verò animositatem tollant, veritatem ex omnibus suis partibus integrā proponāt, vbi deceptus fuerit, quid veri celatus: quod falsi fuerit edoctus. notum est enim non tulisse Spartam illam, quam colit, omnia vt sciat. Probè institutum per Dei nomen obtestentur, per sacra suæ salutis, per tot calamitates, quarū causa in eius pertinaciam sit transferenda. facilem se, docibile præbeat, posito omni affectu aures aperiat, audiat. Nec dubitetis, eo loco, eo tempore, eo fine, tam solenni in cœtu, quin actioni illi Spiritus sanctus sit fauiturus, immò etiam, si ita opus est, ad miraculum vsque.

Si tentatis illis omnibus, contra diuinum cœstrum, contra Spiritum sanctum, contra veritatem palam est illum in certum, deliberatum, pertinaxq; propositū impigisse puri cultus diuini rejiciendi, scopum eius esse, persequi Ecclesiam, nõ conseruare, tunc plus licentiæ, plus veniæ (si qua esse potest) perduellio subditorū habitura

habitura est: maior saltem vobis præbeatur occasio illum vestræ miserię auctorem appellandi. Sin contrà euidentiſſimum erit, non alium sibi scopum proposuisse, quàm Dei purè colendi, sectandæ veritatis verbo præscriptæ, illi intelligendæ & addiscendæ, patulas aures cum corde semper præbuisse, adeoque ne deflectat, ne mundanum Regnum cœlesti anteferat, ab incunabulis mille discrimina suarum omnium dignitatum, ornamentorum, capitis denique subiisse: Sin autem (quod præculdubio Deus in lucem proferet) nigrum scelus hostium nostrorum, instar ferarum immanium, huius Regni lateribus imminentium, instantium, nec antè defitorum, quàm vitam cum sanguine suxerint, pateſcet: tunc serò saltem verum à sophismate discernetur: tunc nostrorum temporum & calamitatum auctores, ad tribunal trahentur: videbit Gallia, quibus interitus suum crimen debeat. Vos autem, quos ad aliud aliud remedium firmiter propositum inclinabit, desperata clementiæ & man-

208 DISC. DE REB. GALL.
& mansuetudinis via, nobiscum iudica-
turi estis, huic imperio & regno exertam
Dei dextram incumbere, insignem a-
liquam (quantum prospicio) mu-
tationem iam iam in-
ducturam.

F I N I S.

